ENIMMI

DI

CATONE

L' UTICENSE

LUCCHESE.

PARMA MDCCLX.

NELLA STAMPERIA DI FILIPPO CARMIGNANI

Con licenza de' Superiori.

ÆNIGMATUM
CATONIS
UTICENSIS
LUCENSIS
LATINA ÆMULATIO.

PARMÆ MDCCLX.

EX TYPOGRAPHIA PHILIPPI CARMIGNANI
Superiorum facultate.

ÆMULATOR

LECTORI.

Quæ ſit origo mei quæris? mirabile dictu!
Qualis origo mei, talis origo mei.
Aure utor ſola; ſunt torpida cætera membra,
Nam curvant dorſum luſtra bis octo meum.
Eſt alius Frater partu mecum ortus eodem:
Nominis hic, ſecto vertice, complet opus.

DI chiaro Genitor oſcuro Figlio,
Ma quanto oſcuro più tanto più bello:
Sconoſciuto men vò; nè mai ſon quello,
Che a l'aſpetto raſſembro, e che ſomiglio.

Varie ſembianze, e ſtrane forme piglio,
Facendomi così Proteo novello.
Quei, che già ſa chi ſon, come m'appello,
Vien per ſaper chi ſon meco a conſiglio.

Senza nulla levar di quanto tegno
Intorno per veſtir, mi può ſcoprire
Tutto da capo a piè chi ha qualche ingegno.

Non ve l'abbiate a mal; io vi ſo dire,
Che 'l mio guſto maggior, vanto il più degno,
E' il vedervi per me ſtarvi a impazzire.

Fi-

Filius obscurus clari Genitoris in umbris
Quo magis abscondor, clarius eniteo.
Mentito gradior vultu, nec cognitus ulli,
Nec sum, quem exterius subdola imago refert.

Non secus ac Protheus, varias superinduo formas,
Callidus et speciem transeo in omnigenam.
Ut me noscat adhuc, qui me, et mea nomina novit,
Ad me sæpe redit, consiliumque petit.

Ut magis eludam studia anxia, et irrita vulgi,
Multiplici tunica subligo utrumque femur;
Qui tamen ingenio est dives, nil veste remota
Me reteget summo a vertice ad usque pedes.

Sed qui sollicitus me denudare laborat,
Aut nihil, aut modicum (parcite) mentis habet.
Dum video vacuo vos insanire labore,
Plaudo manu, et vestram rideo stultitiam.

NOn mi curo mangiar, datemi bere,
Ch'al Mondo son per questa cosa sola,
Nè mai mi sento pien, (nè dico fola)
Bench'io bevessi le vendemmie intere.

Chi qual mi sia domanda di sapere;
A dirgli il ver son tutto bocca, e gola.
Lo star per le taverne mi consola,
E gir per colli a spasso anco ho piacere.

Senza compagno a ber non mi cimento;
E accatto il ventre, quando ber vogl'io;
E bevo più di voi, se foste cento.

Se quel di sopra quel gentile Dio
Adempie i voti miei, resto contento:
Che allor so in vostro pro l'offizio mio.

Non epulas quæro, pleno date gurgite vinum;
Ad ſolos hauſtus nam mihi vita datur.
Afflueret ſi tota meis vindemia labris,
(Non jocor) ebiberem, nec ſatis illa foret.

Quis ſim tam bibulus quæris? ſum guttur et ora;
Hæc totum corpus ſunt duo membra meum.
Eſt mihi delicium madidas habitare tabernas,
Et luſtrare hilari collium amœna pede.

Non ſubeo, niſi cum ſociis, certamina vini,
Nec ſubeo, ventrem ni prius inveniam.
Et ventre invento centum irritare bibaces,
Atque omnes hauſtu vincere, non timeo.

Si Deus ille, alto qui deſuper eminet orbe,
Impleat effuſo numine vota mea;
Tunc animo lætus, poſitoque labore quieſcens,
Impleo quod vobis utile munus erit.

D' eſ-

D'Esser Serva fedel mi pregio e vanto;
Onde a guardar ciò, che m'è dato in pegno,
Impiego volentier l' occhio, e l' ingegno,
E in premio ho dal Padron d'andargli a canto.

E' la mia casa, ove abitar non sdegno,
Laberinto intrigato e oscuro alquanto,
Dove per tante vie m'aggiro, e tanto,
Che pur giungo a la fine al mio disegno.

Nè pur è al mio Padron d'entrar concesso
Dov'entr'io; ne l'entrare in casa vò
Con lui, ma prima a me cede l' ingresso.

Al dispetto di quel che mi formò,
Se ben talor son di quell'altro sesso,
Sempre femmina fui, sempre sarò.

Sum

Sum Famulas inter quia visa fidelior, Æris
Custodem Dominus me jubet esse sui.
Quod magis ut servem, ingenioque, oculoque libenter
Invigilo, et comitor semper herile latus.

Ædes, quam teneo, densis obvolvitur umbris,
Et labyrintheis ædificata dolis;
Sic tamen errores remeo, flexusque viarum,
Ut finem elusa consequar arte meum.

Ire licet mihi per confusa, et operta tenebris
Atria, sed Domino non licet ire meo.
Ingredior secum postes, ipsoque jubente,
Prævenio gressus officiosa suos.

Masculei quandoque ausus me fingere sexus
Est opifex; vacuus sed fuit ille labor.
Illius in rabiem, fremitumque: ab origine prima
Fœmina cum fuerim, Fœmina semper ero.

Don-

DOnzella io ſono Amazzone guerriera,
E 'l nome mio tra i Cavalieri è chiaro.
Per faſto anch'io, de le Regine al paro,
Guardie armate ho d'intorno e giorno, e ſera.

Queſta pelle d'uccisi orrida e nera,
Che avvolgo al ſen ſul bellicoſo acciaro,
No, che arneſi non ſon per mio riparo:
Che ignuda vò, quando combatto altera.

Per dove paſſo empio di ſangue, e morte:
E quando par, che mia virtù s'arrende,
O ſi pieghi in pugnando, io ſon più forte.

Grido al mortale anch'io (nè ſo ſe apprende
Malgrado ſuo la minacciata ſorte)
Che da un filo ſottil la vita pende.

In-

INter Amazonias ſum bellica Virgo puellas,
Inter honoratos nomine clara viros.
Ingenioſa meum in faſtum, non Regibus impar,
Excubiis ſemper ſtipor utrumque femur.

Hæc occiſarum ſpolia horrida, et hirta ferarum,
Queis calybe in forti contego cauta ſinum,
Non mihi pro galea, thorace, vel ægide proſunt:
Semper enim nudo corpore bella gero.

Quæcumque ingredior loca compleo funere acerbo,
Et madidas ſparſo ſanguine reddo vias.
Pugnans ſi curvor, videorque recedere ab hoſte,
Dicite tunc robur fortius eſſe meum.

Incautas animas moneo, ſed inaniter: heu quis
Cogitat eventus triſtia fata ſui!
Diſcite, mortales, dubios quod vivitis annos;
Nam tenui e filo pendula vita manet.

Io dissi un giorno a l'ingegnosa Clori,
Dimmi: sotto qual Cielo, e come accade,
Che quanto in giù da quello acqua più cade,
Nel suol più veggio inariditi i fiori?

Ed ella a me: Quai portentosi ardori
Tramandano dal sen molli ruggiade,
Di cui tanto ne gode una beltade,
Che tu infelice idolatrando adori?

Ed io: Qual'è quella infelice tanto,
Che quando la Stagion più lieta ride,
E giorno e notte si discioglie in pianto?

D'ambo i dubbj un sol dir spiega, e decide.
Questa è colei, che sotto grave ammanto,
D'una gràn Madre i più bei figlj uccide.
E come là si vide
Far l' Egizia crudel fiera perversa
Dopo uccisi che gli ha, lagrime versa.

Chlo-

CHloridis ingenium tentans, ſub quo aëre, dixi;
Et cujus pravo ſyderis intuitu,
Evenit, ut quando pluvialis defluit imber,
Areſcant ſiccis floſculi in areolis?

Illa mihi: quis prodigioſum ſuſcitat ignem,
Ex quo indeficiens roſcida gutta cadit?
Et quo ſic gaudet tibi ter dilecta venuſtas,
Quam colis, atque tuam tu facis eſſe Deam?

Rurſus ego: infelix quæ illa eſt, quæ nocte, dieque,
Dum ver floriferis luxuriatur agris,
Triſte dolens immo ſuſpiria pectore condit,
Et mœſtis numquam temperat a lacrymis?

Pluribus in dubiis, unum quod profero dictum,
Quaſcumque ambages explicat, et dirimit.
Hæc eſt, quæ vaſto chlamydis ſuo pondere mactat,
Quæ pulchra ediderat pignora, magna Parens;
Dein tacta dolore,
Non ſecus ac pharias, quæ bellua terret arenas,
Irrorat largo lacerata cadavera fletu.

ECco da un laccio rio pender sospeso
Un, che se ben per innocente è scorto,
Non senza gran ragion gli è dato il torto
Da chi non mai da lui chiamossi offeso.

Mentre tremando sta nudo e disteso,
Ricoperto è, ma non ne trae conforto.
Pur chi lo veste, intorno, ancor che corto,
Cento braccia di roba e più v'ha speso.

Ma ben conosce il misero, che questa
Veste gli è data in prestito, e spogliato
Tosto ne vien, perch'altri poi sen vesta.

Compita (oh caso stran!) l'opra funesta,
Una, che non vò dire, il tormentato
Spicca dal tronco, e 'l capo in man le resta.

Suf-

Suspensus laqueo stat pendulus aëre quidam,
Qui licet a quovis crimine sit vacuus,
Non sine jure tamen longum torquetur ab illis,
Queis nunquam nocuit, nec nociturus erat.

Dum tremit extensus suras, et corpore nudus,
Est qui illum tunicis vestit inutilibus.
Materies tunicæ ad cubitos longissima centum est;
Sed tunica est vix vix poplite longa tenus;

Immo breves olli concessa est vestis in usus;
Unde iterum infelix corpore nudus erit.
Nudus erit, spoliisque suis latabitur alter,
Qui verso in melius carbaso opertus erit.

Sævo opere expleto, quædam (non explico nomen)
Ut tortum a laqueo liberet, accelerat.
Admovet illa manum, et nullo caput ense resectum
Illapsum in manibus obstupet esse suis.

Per

PEr fervirvi fon io fempre difpofta;
Ma reggermi non poffo, o Donne belle,
Poichè al caldo fovente, e al freddo efpofta
Son ridotta fu l'offa, e fu la pelle.

Se da le piante di queft'egra imbelle
Vien tratto il ferro, e in libertà fon pofta,
In quà, e in là più non pofs'ir con quelle,
Che foglion dare ajuto a me di cofta.

Son amica del freddo, e fon nemica;
Onde il verno giammai fuora non efco;
E fe ben grinza fon non fono antica.

Per lungo no, ma per traverfo crefco
Al caldo, e con pochiffima fatica
A far gli fpirti comparir riefco.
Vanti a me non accrefco,
Ma voglio far venire in un iftante
L'amica del Petrarca a voi davante.

ANxia ſum vobis pulchræ inſervire Puellæ,
Sed vires ægro in corpore deficiunt.
Æſtivo conſumpta æſtu, gelidiſque pruinis,
Sum præter pellem, candidaque oſſa, nihil.

Ferrea vincla pedes retinent : ſi vincula ſolvas,
Non poſſum ſolitas ire, redire vias :
Nam magis impedior niti auxiliaribus ulnis,
Quæ ſemper corpus ſuſtinuere meum.

Cor mihi fluctivagum volitat ; quæ nuper amavi
Frigora, nunc animo ſunt odioſa meo ;
Hinc cum bruma riget tectis non exeo, nec quæ
Sulcat ruga genas me facit antiquam.

Largius a latere excreſco dum Syrius ardet,
Altius in longum creſcere Fata negant.
Abſque labore ullo compello præpete penna
Ad nutus auras convolitare meos.
Non glorior ultrò:
Carminibus cantata meis rediviva Petrarcæ
Extemplo ante oculos ſe ſiſtet Amaſia veſtros.

Chi

CHi ſono alfine, e quale è in me beltate,
Che tanto io ſia gradito agli occhj voſtri?
Che nel mio amor, come inſenſati moſtri
Ciechi, e ſenza ragion voi diventiate?

E pur le porte in faccia a me ſerrate
Toſto, che a voi venir dia cenno, o moſtri.
Ma ſciocchi voi, che quegli alberghi, e chioſtri
Col chiuder più, l'adito più mi date.

E pur è vero ancor, che ſe qualcuno
Talor mi perde o da lui fuggo, ha duolo,
Mi va cercando, e non fa moto alcuno.

D' intorno a lumi anch'io m'aggiro, e volo,
E alfin gli eſtinguo; onde ſi reſta al bruno,
E ne viene a cader più d'uno al ſuolo.

Quod

QUod mihi grande genus? quæ floret in ore venustas,
Ut possim vestris sic placuisse oculis?
Sic placui, ut quicumque meo excœcatur amore,
Ut Fera, sit sensus sit pietatis inops.

Sed quid tantus amor? subeo si limina vestra,
Ostia sub pedibus clauditis usque meis.
Heu stulti! quanto sunt altius ostia clausa,
Est magis ampla mihi, liberiorque via.

Qui me perdiderit, vel ego sim transfuga ab illo,
Et dolet, et noctes irrequietus agit.
Ut me iterum teneat, loca circum proxima lustrat,
Nec tamen a propria dimovet æde pedem.

Lumina ubi fulgent, tremulis circumvolo gyris,
Donec sint pennis lumina clausa meis.
Hinc iterum sumus in tenebris, et plurima turba
Corruit, et sterili cœca recumbit humo.

Prende nave a solcar di molle seno
Gli spazj fluttuanti, e fa tragitto
Da riva in riva al termine prescritto,
Rapida e lieve sì, che par baleno.

Piano e tranquillo è il mare, e non di meno
De i flutti in mezzo ad un crudel conflitto
Costretto è il curvo legno in più d' un gitto
De le merci sgravarsi, ond'è ripieno.

Ma benchè vada il misero attraverso,
Pur gran miracol è, che non s' affonda,
Mentre resta in quel mar tutto sommerso.

Di perder non gli cale il suo fra l'onda;
Poichè da gli altri legni assai diverso,
S' empie, per arrivar voto a la sponda.

NIl metuens rigidas hyemes a littore solvit,
Et secat æquoreos parvula cymba sinus:
Sic levis, et velox remeat de pluribus oris,
Terminet ut cœptum, fulguris instar, iter.

Est mare tranquillum, cœco tamen impete fluctus
Alterna rabie in prælia utrinque ruunt.
Cymba, timens nimio ne pondere mersa dehiscat,
Se jactu assiduo mercibus exonerat.

Turgida transverso quamvis secet æquora sulco,
Non tamen est imo præcipitata mari.
Quin (oh prodigium! toto licet obruta Ponto,
Salva procellosas itque reditque vias.

Navibus hæc aliis dispar, per inania aquarum
Spargere congestas prodiga gaudet opes.
Mercibus hæc gremium superimplet, et aggravat, olim
Ut vacua, et levis ad littora perveniat.

TUffa Apollo ne l' onde il carro adorno;
Io fotto ofcuro manto infra gli orrori,
De gli aftri in compagnìa me n'efco fuori
Per le vie, d' onde il Sol dee far ritorno.

Quando al girar de l' atra sfera intorno,
Mentre l'Alba, ch'ho in grembo, i bei candori
Va dileguando in lagrimofi umori,
Difſerro il feno, e partorifco il giorno.

Giorno, che con mirabili vicende,
Fo, che a diverfe parti egli paffando,
Mentre a quefte s'invola, ad altre fplende.

Ma queft' enimma (oimè!) troppo fi rende
Chiaro, nè occorre più ftar fpeculando;
Erra però chi per la notte il prende.

Delius

DElius occiduis dum plaustrum immergit in undis
Vestes cingo nigras, egrediorque domo.
Astris facta comes densa in caligine noctis
Cursito, quas debet Sol remeare, vias.

Interea obscurus dum circumvolvitur Orbis,
Eos, clausa meo quæ nitet alba sinu,
Liquitur in molles vultum lacrymosa pruinas:
Tunc refero gremium, parturioque diem.

Sed placet alternare vices, nam provida cunctis
Ortam diversa in littora spargo diem,
Luxque eadem, medio quæ se se subtrahit Orbi,
In partes alias irradiata fluit.

Est Ænigma patens, et lumine clarius ipso,
Et labor ulterius quærere inanis erit;
Qui tamen esse nigram me noctem dixerit, errat,
Et mecum densis ambulat in tenebris.

Vivo

VIvo per boſchi, onde il mio cibo è tale
Qual natura dal Suol porge, e diſpenſa.
La terra abito, e l'aria, ove de l'ale
Ch'io mi ſerva, è in error ſe alcun ſi penſa.

Non ſo, ſe il ben ch'io ſo ſia pari al male,
E ſe i danni de l'un l'altro compenſa.
So ben, ſe una nemica mia m' aſſale,
Reſiſter non le può mia forza immenſa.

In quel, ch'io formo a me vil monumento,
Vivo ſepolto ſon: e l' uomo ha a ſchivo
Di toccarmi, e ad ognun reco ſpavento.

Morto ch' io ſono, Un, che di luce è privo,
Trattando certo magico ſtromento,
De la lapide fuor mi torna vivo.

Vivo

Vivo ego per sylvas: tellus mihi provida præbet
Assiduas, nullo vomere culta, dapes.
Incola sum terræ, volitoque ad nubila; at errat
Qui me pennigeras computat inter aves.

Nescio an utilior, vel sim magè damnifer Orbi,
Et mea sint totidem damna repensa bonis?
Hoc scio quod quædam mihi si superingruat hostis,
Viribus impellor succubuisse suis.

Mortuus ut tumuler, vivens mihi condo sepulcrum;
Quin et adhuc vivum me mea busta tegunt.
Qui me cumque videt fugit, et me tangere abhorret:
Quemlibet aspectu terreo namque meo.

Ut tamen ingesta subtus tellure quiesco,
Quidam lucis egens ad mea busta venit;
Artibus hic magicis redivivum a mole sepulcri
Me trahit, et prisca ad munera restituit.

FUsse ben anco da l'Occaso a l'Orto,
Vò dove mi mandate, e non mi stanco.
E perciò più sono pagata, o manco,
Secondo che 'l viaggio è lungo, o corto.

Così da luogo a luogo il debil fianco
Traendo, acciò non mi sia fatto torto,
Sempre fuor de la fodra un arme io porto,
E un altro stil sotto il mio manto bianco.

Da voi sono aspettata, onde s'io vegno
A casa vostra, subito m'aprite,
Nè di lasciarmi altrui veder m'ingegno.

Levate pur il vel che intorno tegno,
Se in faccia veder me tanto gradite:
Che rossa per vergogna io non divegno.

Inde-

INdefessa viam perago, quo mittor, ab ortu
Solis ad Occasum, si via longa foret;
Propterea tenuis, vel multa, aut maxima merces
Solvitur, ut brevis est, vel via longa magis.

Sic femur infirmum lcca per diversa trahendo,
Ne mihi quis noceat, deforis arma gero.
Nec solum foris arma gero, sed cuspide acuta
Sub nivea tectum cyclade condo stylum.

Expectata diù, tandem tua ad ostia pulso,
Tuque aperis celeri non tua claustra manu.
Si cupiant alii, quæ condo arcana tueri,
Effugio obtutus ingeniosa suos.

Quæ me circumdant velamina detrahe, pulchra
Si grata est oculis hæc mea forma tuis.
Detrahe, si toto videas me corpore nudam,
Nil ego ad intuitus sum pudibunda tuos.

Poichè del pianto mio tanto godete,
Queſte, che a' voſtri piè lagrime ſpargo
Con vive tempre, e con umor sì largo,
Baſtino a ſatollar la voſtra ſete.

Ma mentre al voſtro bel con occhj d' Argo,
Porgo tributo; voi con ciglia liete
(Strano rigor!) al pianto mio ridete;
E ſi beve il mio duol l' arido Margo.

In voi languir vedrò ben preſto ancora
Per caſtigo del Ciel quel bel ſereno,
Quel vago di beltà, che sì innamora.

Riſtoro al voſtro mal (venendo meno)
Mi chiederete, io avrò forſe allora
Voto per voi d' ogni pietade il ſeno.

Ex oculis rigua unda meis quæ depluit, atque
Effluit ad vestros, largior amne, pedes,
Nonne sitim poterit vestram compescere, vos ob
Queis pariunt lacrymæ gaudia tanta meæ?

Sed centum ex oculis, quasi sim Junonius Argus,
Dum solvo e lacrymis ampla tributa meis,
Vos hilares vultu in primum revirescitis ævum;
Arida sed fletus sorbet arena meos.

Illa dies veniet, qua vestra superba venustas
Sentiet ultores, languida facta, Deos.
Nunc potuit pueris, potuitque placere puellis,
Tunc erit in putres projicienda vias.

Vos miseri quæretis opem in discrimine vitæ,
Sed vota hæc nullos sunt habitura Deos;
Quin ridens vestros spectabo arescere vultus,
Inque meo pietas non erit ulla sinu.

ALtri in ſeguir le Muſe ha genio e ſpaſſo;
Queſti amor, quegli il gioco hanno ne l'oſſo;
Chi ſegue Marte, e chi lo Dio più groſſo;
Io lieto fra le caccie i dì mi paſſo.

M'aggiro ivi sì ſnello, e lieve ho il paſſo,
Che direſte, che al vento io foſſi addoſſo.
Da Anteo mi porto, e vanto dar mi poſſo
Di pigliar fiato quanto ſon più laſſo.

Mi cibo a crepa pelle, e non canzono,
Se pur dico che ſon di leggier paſto,
E bevo purchè ſia vin fello, o buono.

Con non fieri Animali ho fier contraſto;
Ma fra queſte mie caccie alfine io ſono
Da gli altrui denti laceràto e guaſto.

Alter Pieriis gaudet comes esse Puellis,
Huic amor, huic pernox alea grata magis.
Pars sequitur Martem, sequitur pars altera Bacchum;
Sed mihi venatrix casta Diana placet.

Sic levis, atque agilis loca per venatica curro,
Ut videar lybicos insiluisse Notos.
Exanimis si forte cadam, novus erigor Antheus;
Nam nova, flante Deo, tunc mihi vita datur.

Ad scissam me pasco cutem, nec fabula vana est,
Si dicam, quod me nutriat aura levis.
Faucibus angustis transfusum ingurgito potum,
Nec curo, quod sit dulce, vel acre merum.

Nil feritatis habent quæ mecum animalia certant:
Prælia sed virtus laudis amore movet.
Quid demum prodest venatio, si mihi pellis
Dentibus ignotis dilacerata fluit?

Lan-

LAnciata ſon qual nuovo Giona, e ſpinta
Di procelloſo mar ne l'onde infeſte,
Quaſi al naufragio mio fra le tempeſte,
Del legno ſia la ſicurezza avvinta.

Pende dal capo mio lunga e diſcinta
Treccia di treccie, infra le sfere inteſte;
E la ſembianza, che 'l mio corpo veſte,
Scheletro par d'una Sirena eſtinta.

Or tra vil ſabbia il corpo mio s'aſconde;
Or ozioſa ſotto l'ombre ſeggo
D'alberi infruttuoſi, e ſenza fronde.

Con un fil di ſperanza i cori reggo,
Mentre agitangli il ſen cure profonde;
E co' miei torti ai riſchj lor provveggo.

Ut fuit infeſtum Jonas projectus in æquor,
Sic ego in undoſum ſum quoque jacta mare.
Irati quaſi cauſa maris, quia mergor in undis,
Salva procelloſas fit ratis inter aquas.

Intextis contexta comis, coma ſpherica ab alto
Vertice longa mihi pendet ad uſque pedes.
Illa meum corpus quæ veſtiit arida forma,
Eſt forma extinctæ vivida Leucoſiæ.

Nunc vilis jaceo vaſto ſub pondere arenæ,
Arbore ſub celſa nunc mihi longa quies;
Arbore, ſed dulces quæ neſcit reddere fructus,
Arbore, quæ virides eſt ſpoliata comas.

Disjectos animos curarum in gurgite merſos
In ſpem debilibus ſublevo funiculis,
Tortilibuſque meis quot cæca pericula gyris,
Vitat per dubias gens male ſparſa vias!

Del

DEl molle amico ſon, quanto ſon duro.
Naſco in bocca, ed in capo, e naſco in boſco.
Son pallido, ſon candido, e ſon foſco;
Servo al pallido, al candido, a l'oſcuro.

Da una man di compagni io m'aſſicuro
D'eſſer condotto a un monte, ove m'imboſco,
In cui poter entrare io non conoſco,
Se di membra non ſono e netto e puro.

Allor quando attualmente io metto in opra
Gli ſtrumenti, che ſervon per mangiare,
Tengo in ozio la parte, ch' ho di ſopra.

Di caſa fuori ognun prima d'andare,
In coſe innumerabili m'adopra,
E per riſtoro poi mi fa ſpazzare.

Cor-

Corpore duresco, sed mollia corpora quæro:
Patria, ubi nascor, sunt caput, ora, nemus.
Albus, et obscurus, nec non sum pallidus; albo,
Pallido, et obscuro servio amore pari.

Me comitum ducit montis super alta maniplus,
Dirigo ubi tacitos per nemora alta pedes;
Sed prius expurgo sordem, quæ me inquinat: illa
Per nemora immundo non licet ire pede.

Actu cum moveo partem, quæ inservit ad esum,
Pars suprema mihi dessidiosa manet.

Me prius, e proprio qui vult discedere tecto,
Rebus in innumeris solvere pensa jubet.
Post opus exactum, ut leviter requiescere possim,
Verrere sollicita me facit ille manu.

PAr che 'l mio volto in ſe tutto racchiuda
Il candor de le nevi, e de gli avorj;
Ma perchè figlia ſon d'alpeſtri orrori,
Alma ho di ſelce e di pietade ignuda.

Ma ſe veggio per me chi s'ange e ſuda,
E ne manda dal ſen vivaci umori;
M'intteneriſco, e concependo ardori,
Più rigida non ſon qual pria, nè cruda.

L'uomo con mia virtù, che mai non fà?
Ad erger moli in aria in ſin' arriva,
E fondar ſu l'arene ancora sà.

La terra nel ſuo ſen l'eſſer mi dà:
Altro elemento poi fa, ch'io ſia viva:
Un altro mi diſtrugge, e mi disfà.

Sum

Sum pulchras inter pulcherrima Virgo puellas,
Ebore candidior, candidiorque nive;
Sed quia ſaxoſi ſum ruſtica filia montis,
Cor durum, et mores induo marmoreos.

Captus amore mei ſi quis tamen anxius ardet,
Et ſudorifero proluit amne ſinum,
Sentio tunc dulci mihi cor molleſcere flamma,
Et ſtudeo vultu blandior eſſe meo.

Suffultus virtute mea quid grande, quid altum
Ingenioſus homo condere non poterit?
In ſterili poterit fundamina ponere arena,
Et turres uſque ad nubila conſtruere.

Alma parens Tellus grandi me concipit alvo;
Dat mihi flamma breves vivere poſſe dies;
Unda ſuperveniens crebro mihi vulnere membra
Scindit, et ad primum deſtruit uſque nihil.

Siam più ſorelle, e ci prendiam piacere
Star ſempre a la fineſtra, ed al balcone.
E' ver, che le più brutte han diſcrezione:
Che ſtanno addietro, e non ſi fan vedere.

Chiuſe per gelosìa ſiam dal Padrone
Tenute ſempre in caſa, e prigioniere.
Siam vane (è ver) ma non così leggiere,
Che ſi ſentan di noi voci non buone.

Più d' un ſotto il balcon per noi ſoſpira;
Ma, folli, che per paſcerli di vento,
Non s'accorgon, che v'è, chi ſu li tira.

Un con giocar di mano aſſai l' intento
Di ciarle ottien da noi quanto deſira,
Moſtrandoſi di ciò pago, e contento.
Ma breve è il godimento;
Poichè 'l Padron, ch' è pratico ne l' arte,
Ci ſerra in faccia le fineſtre, e parte.

Ger-

GErmanæ ſumus: ad biſores reſidere feneſtras
Noſter amor ſemper, deliciumque fuit.
Plurima turba ſumus: quæ ſunt minus ora venuſtæ,
Ut decet, in ſcamno poſteriore latent.

Nos Dominus tenet in clathro, ceu carcere, clauſas;
De noſtra dubitet neſcio an ille fide?
Mente leves, vanæque ſumus, ſed non ita caſſæ,
Ut mala de noſtra vox levitate ſonet.

Sub noſtro reſonant ſuſpiria plurima clathro
Edita ab his, qui nos impatienter amant.
Stulti! non ne ſciunt, quod ſæpe trahuntur in altum,
Ut paſcat mentes flamen inane ſuas?

Eſt qui ſollicita bene doctus ludere dextra
Multiloquas tactu nos facit eſſe ſuo.
Vocibus elicitis ſimulat requieſcere, vota
Non addens votis ulteriora ſuis.
Sed gaudia ceſſant;
Si ſit enim Dominus longe migrare coactus,
Noſtra abiens patulas occludit in ora feneſtras.

Dicen-

DIcendo van tanti ribaldi e tanti,
Che ſon io quella, che li ſo cattivi,
E pure ognuno ſa quanto ſian ſchivi
Di far lega con me queſti furfanti.

Se li congiunti miei fidi e coſtanti
In ſtar uniti ſon, chi ſia tra vivi,
Che al lor valore, a le mie forze arrivi,
E di fuggir da me ſia che ſi vanti?

Secondo i miei natali, il Mondo appella
Varia la ſtirpe mia, nobil, e oſcura;
E brutta nel piè ſon, e al collo bella.

D'una tal aritmetica figura
Moltiplicata ſon compoſta, e a quella
Compagna ſono, che de i pazzi ha cura.

Quæ

Quæ circum premitur gravibus gens improba noxis,
Pressuram blaterant me peperisse suam;
Furcifera attamen, ut notum est, gens illa recusat,
Atque odit sese consociare mihi.

Si mihi conjugio juncti sint pectore firmo,
Inque suo unanimes fœdere præstiterint,
Quis mihi par animo? quis eorum robur adæquet?
Quis potis a nostris viribus effugere?

Nonnulli obscuram me prima ab origine dicunt,
Nonnulli e patrum stipite nobilium.
Si suram aspicias, quid habet me vilius Orbis?
Si collum, quid me pulchrius Orbis habet?

Artis arithmeticæ quædam bene nota figura
Constituit corpus multiplicata meum.
Est quædam celebris mulier, quæ curat amentes:
Huic ego facta comes, quin quasi facta soror.

SDegnando i miei natali umili e baſſi
Anch' io preſſo ad alcun cerco avanzarmi.
Ma chi mi dà favor ſtolto ben parmi,
Che in danno ſuo tanto innalzar mi laſſi.

Se poſſo anch' io con perïglioſi paſſi,
Di dar ardue ſcalate il vanto darmi:
Condegno il ſerto chi vorrà negarmi,
Che a prove tali in guiderdon pur daſſi?

In campagna paſſar la vita ſoglio,
Ove il poſto la ſorte a me deſtine;
Su i ſaſſi anco mi ſtendo, e non mi ſpoglio.

Sentite opre ſtupende, e pellegrine;
Diroccar, e sbarrar più mura voglio
Io con la barba, che Sanſon col crine.

Indi-

INdignata humiles, ubi naſcor, radere terras
Adrepens aliis, dirigo ad alta gradus;
Sed ſtultus , qui me ſalientem fulciat; auget
Oh quantum vires in ſua damna meas!

Penſilibus ſcalis ſi altis ſuperingruo muris
Aëreæ metuens nulla pericla viæ;
Quis mihi murali non cingat tempora ſerto?
Cinxit ut illuſtres inclyta Roma Duces.

Per colles, valles, et plana per æquora vitam
Tranſigo, ubi certum Fata dedere locum.
Aſpera ſaxa ſuper decumbo, ut feſſa quieſcam,
Nec chlamydem, quæ me contegit, expolio.

Audite ulterius quæ jactito grandia: Sampſon
Deſtruxit validis Atria ſancta comis;
Templa, Theatra, Arces, integras deſtruet Urbes
Cæſaries barbæ prodigioſa meæ.

COlmo di furie il ſeno, e d'aſta armato,
Di Nembrotte peggior, e de i Titani,
Correa fra l'ombre Un con furori inſani,
Da gli ſtimoli altrui troppo irritato.

Con ſacrilego ardir gli Aſtri ſovrani
Parea rivolto a fulminar, e 'l Fato;
Ma nel lanciar ſuoi ſdegni il forſennato,
Solo l'aria ferìa d'impeti vani.

Dal Ciel vendicator toſto reſpinto,
Ecco riman, qual miſero Fetonte,
Proſtrato al ſuol, arſo la ſalma, eſtinto.

Chi mai contro coſtui fia, che s'affronte?
Se più, ch'è fatto in polve, ha per iſtinto,
Più vivo alzar la temeraria fronte.

Fœto

FŒto corde gerens furias quidam Haſtifer audax,
Pejor Terrigenis, Terrigenumque Duce,
Cæca in nocte furens per opaca ruebat, in iram
Ter grandem externis excitus a ſtimulis.

Aſtra minabatur cœlo detrudere, et ipſa
Numina ſacrilegis perdere fulminibus;
Sed demens vacuas feriebat inaniter auras,
Fulmineoſque ictus nil timuere Dii.

Ecce miſer languet telluris ad ima repulſus,
Ut Phäeton, cœlo vindice, ſtratus humo.
Membra jacent ſemiuſta putri nigredine fœda;
Spiritus a vacuo corpore diſſilit.

Dum tamen irrumpit per inane, quis audeat olli
Fortiter armatas oppoſuiſſe manus?
Nam magis audaci cornu ſe extollit in altum,
Quo magis eſt factus corpore pulvereus.

COnſumato il meſchin ch'ebbe ogni coſa,
Al fin morì di fame il Padre mio.
Più volte il ricoprii Figlia pietoſa,
Nè in lui potei far pago altro desìo.

Sotto la Zona torrida, e focoſa
Fra Mori abitator bianca nacqu'io;
Ma fu mia vita al Genitor dannoſa,
Che appunto allor ch'io nacqui, egli morìo.

Mi ſpirò fra le braccia, e puro e mondo
Al Ciel volò ſuo ſpirto; ed io infelice
Quì le macchie a purgar rimaſi al Mondo.

Simbol di penitenza ogn'un mi dice;
Guardatevi però da quel, che aſcondo
Sotto di queſta veſte ingannatrice.

Qui

Qui me progenuit consumpto divite censu
Præ nimia jacuit mortuus esurie.
Sæpe illum obnupsi quo Filia debet amore,
Nec pietas habuit, quod daret, ulterius.

Fascia ubi cœlos intersecat ignea, nigros
Æthiopes inter candida oborta fui;
Sed Patri nocuere meæ primordia vitæ,
Unica nam mortis causa fuere suæ.

Purus in aëreas volitavit spiritus auras,
Liquit et in gremio corpus inane meo.
Astra volunt quod sim post Patris fata superstes,
Ut purgem maculas, fœtida terra, tuas.

Me signum dicunt animi, quem Numine læso
Flagitii pudeat, pœniteatque sui.
Quisque tamen caveat, ne me tetigisse sit ausus:
Sub pulla nocuos occulo veste dolos.

Se

SIquid mentis habet, qui nomina noſtra requirit,
Erigat ad noſtrum ſinciput intuitus,
Conſpiciatque altam nos ſæpe relinquere ſpheram,
Carpere et alternam ad regna profunda viam.

Hic nos Fata urgent ad vilia munia, nec non
Immani flagro, ponderibuſque gravant.
Edocet expanſus per membra tumentia livor
Quam diro, et crebro verbere percutimur.

E ſummo quis forte cadat ſi culmine honoris
Infremit, et ſortis ſe dolet eſſe jocum.
Sed ſine jure dolet: nos non ſine jure dolemus,
(Quilibet ut claro conſpicit intuitu.)

Quæ ſtat nixa rotæ, nos ſupra infraque revolvens
Traxit ut ad nubes, illico ſternit humo;
Et ſic alterno hæc inter ludibria fletu,
Sæviter æternum nos facit eſſe jocum.

Pie-

PIetà, vendetta: un Amator mentito
Dopo d'avermi più ferite dato,
Esangue sopra il suol qui m'ha lasciato,
E quanto in casa aveo seco ha rapito.

Con la stanga attraverso aveo serrato
L'uscio della mia casa, e ben munito;
L'aperse, ed in più volte il ladro ardito
Tolse la roba, e poi'l lasciò sfondato.

De le viscere mie parte migliore,
Tu, che dal ventre uscisti, pur di questa
Misera a' danni va del traditore.

Gettalo a terra, e dagli con furore
De le gambe a la volta, e de la testa,
E fa quel, che rubbò rimetta fuore.

Dii mihi sit pietas, sitque ultio. Fictus amator
Me laceram multo vulnere deseruit,
Deseruitque ima stratam sine sanguine arena;
Estque mihi cunctas depopulatus opes.

Ostiolum Ædiculæ obdideram, quin provida postes;
Transverso ulterius robore munieram.
Postibus effractis crebro abstulit omnia furto,
Incustoditas deseruitque fores.

Tu melior pars fluxa meo de ventre latroni
Ingrue, et ultorem te sciat esse meum:

Et caput, et suras acri vi concute, donec
Egerat ablatas raptor iniquus opes.

IL Padre mio, che farmi grande ambisce,
Mentre che ancor bambino in man mi tiene,
Quello, con cui vivendo ei si mantiene,
Se lo leva di bocca, e me nutrisce.

E meco di far questo non finisce,
Finchè adulto non son come conviene;
Ma quanto più di cibo a darmi viene,
Più s'estenua il mio corpo, e indebolisce.

Deh in qual vigor di barbari statuti,
Ignudo, e in piè non stando ritto ancora,
Può far, ch'ei m'abbandoni, e mi rifiuti!

Sia vostra cura (a un tal soggiunse allora)
Di tenerlo, e vestirlo: e a voi s' imputi,
Se portandosi male andrà in malora.

Dum

DUm tener in patriis existo puellulus ulnis,
Nititur, ut possim grandior esse, Pater.
Qua se nutrierat, retrahens a faucibus escam,
In mea retractas ingerit ora dapes;

Nec cessat nutrire satis, nisi creverim, et ampla
Ad mentem donec sit mea forma suam.
Quo magis ille tamen mihi plura alimonia præstat,
Exilis fio, debiliorque magis.

Sed quis Patris amor? Scytico quo jure cavetur,
Ut Pater infantes deserat expositos?
Me nudum nec adhuc prima ad vestigia firmum
Impius abjecit, deseruitque Parens;

Sed prius Indigenæ dixit: tu vestibus illum
Indue, dein vitæ sit tibi cura suæ.
Si te non vigili, aut pravo ductore fatiscat,
Tota erit in damnum versa ruina tuum.

Di chiaro Genitor, di gran lignaggio,
Figlio ignobil ſon io vile, e ſprezzato.
Col Padre a un tempo naſco, e appena nato
In cammino mi pongo, ed in viaggio.

Eſſendo a queſto avvezzo, è poco ſaggio
Quei, che in caſa mi tien chiuſo, e ſerrato,
Che toſto agli occhj ſuoi m'avvento irato,
Sì che altrove ſuggendo ei fa paſſaggio.

In ogni caſa a me s'alza, e s'appreſta
Il baldacchino; onde a ragione approvo,
Se ſuperbo ſi tien quei, che m'ha in teſta.

Fra molti vizj miei ſolo mi reſta
Queſto di buon, che ſempre mi ritrovo
A la Meſſa, ed al Veſpro i dì di Feſta.

E Patre illuſtri, Proavorum a ſtipite longo,
Filius obſcurus nobilitatis inops,
Vilis, et abjectus, nec non cum Patre gemellus,
Naſcor, et aëreas illico carpo vias.

Hi mihi ſi mores, ſibi non bene providus eſt, qui
Claudere me in parvis ædibus auſus erit;
Namque ferox oculos irrumpo, et ſaucio, et ille
Cogitur a propria transfugus ire domo.

Sive caſas humiles ſubeam, ſive Atria Regum,
Altus ubique mihi Papilio erigitur;
Hinc ego ſi vacuam cuiquam ſuperimpleo mentem,
Ille ſuper vulgus jure ſuperbus erit.

Sum virtutis inops: vitio turpiſſimus omni
Sum, ſcio; at una mihi hæc optima dos ſupereſt:
Quod Feſto quocumque ſacris ſolemnibus adſto,
Et nunquam ſacras veſpere omitto preces.

Con

Con voi per faticare al mondo vegno;
Nè poſſo lavorar, ſe non ho pieno
D'un alimento tal l'ampio mio ſeno,
Che a voi può dare, e non a me ſoſtegno.

Vedete, che per l'aſma al moto io peno,
Ed ha del cibo il corpo mio tal ſdegno,
Che ricever no'l può, che per l'ordegno
Per via di ſotto; e'l rendo in un baleno.

Egro così qual ſon, nel far partita
Da me l'Anima mia, ſtupido ammiro,
Come ad altri che muor, io dia la vita.

Ad ogni tratto in lavorar ſoſpiro;
E ſubito, che l'opera è finita
Ne l'altrui man l'ultimo ſpirto ſpiro.

Na-

NAscor, et ad vestros comitem me jungo labores;
Sed durus vacuo fit mihi ventre labor;
Propterea grandem quadam esca repleo ventrem,
Quæ si vos reficit, me facit exanimem.

Pectoris asmatici me creber anhelitus angit,
Impediens ullos sumere posse cibos;
Desuptus tamen, & per aperta foramina sumo;
Sed vix acceptas illico reddo dapes.

Ingens prodigium! Fractis ego viribus æger,
Quin & ad extremum proximus interitum,
Dum fugientem animam non motis evomo labris,
Subsilit incolumis, qui moriturus erat:

Incumbens enixe operi suspiro frequenter,
Anxius ut totum perficiatur opus.
Post opus exactum, postremus anhelitus oris
Spirat in externa, me moriente, manu.

Ar-

ARdo, il confeſſo, e de l' interno ardore
Teſtimonj ſian gli occhj al tacer mio;
Soffro pene d' Inferno; e che desìo?
Temprar d' un molle ſen l' aſpro rigore.

Sorge la notte amica, e prova il core
Fra le piume ſopir l' incendio rio;
Ma traſſi appena entro quei lini (oh Dio!)
Senza poſa trovar, brevi dimore,

Che n' eſco fuori, e a irrigidir ſul ſuolo
Mi ſtendo; intanto un bel piacer ſi prende
Di me, chi 'l mio ſervir gradiſce ſolo.

Crudel mi alletta, e poi tanto ſi offende
D' un tocco anco leggier, che d' ira, e duolo,
Torcendo il piè da me, dà ſtrida orrende.

INterius, fateor, prunis ardentibus uror,
Perque oculos ſerpit plurima flamma meos.
Inferius crucior pœnis. Quid tam anxius opto?
Ardeo cor rigidum mollius eſſe mihi.

Spes erat in levibus lenire incendia plumis,
Et noctu curas fallere poſſe meas;
Attamen aſſiduo intra linea carbaſa motu,
Perque breves morulas, ſiſtere vix potui.

Extrahor, atque ſolo procumbo ſupinus, ibique
Ignibus extinctis frigore dirigeo.
Interea blanda plenus dulcedine gaudet,
Qui capit officii præſtita dona mei.

Blande agit hic mecum; ſed ſi forte obtigit olli
Incauta leviter me tetigiſſe manu,
Perſtrepit, et crebris Cœlum implet queſtubus: ulla
Nec mora, præcipites urget ab Æde pedes.

Fissa al suo Ciel, sopra di voi ne spande
Una stella i suoi rai per l'aria errante.
Sta intorno al Polo, e pur niuna è di tante,
Che formano lassù l'Orsa più grande.

Solamente ella appar quando stillante
E' d'acque il Ciel, o il Sol fia che in giù mande
Più caldi i raggi; allor (cose ammirande!)
Ne toglie i rai del Sol, l'acqua a le piante.

Ma saggi voi, perchè schivar sapete
Sì sinistre influenze; allor serene
Sotto il più molle Ciel l'ore godete.

E vibri pur Apollo a mani piene
Fervidi i lampi suoi, che voi correte
Sotto di secchi rami a l'ombre amene.

CŒlo fixa ſuo, nec non per inania oberrans
Vos operit radiis ſtella ſuborta novis.
Circuit illa Polum, ſed non de millibus ulla eſt,
Quæ fingunt corpus, grandior Urſa, tuum.

Iſta ſubexoritur quando mage depluit Æter,
Vel Titan radio fervidiore rubet.
Ingens prodigium! Phœbæos amovet ignes,
Et pluviam a pedibus longius arcet aquam.

Vos bene conſulti, quia tot mala deflua ab aſtris,
Atque intemperiem fallitis aëream.
Et Cœlum, et Cœli brevior vos protegit orbis;
Nec ſol, nec pluviæ, quod timeatis, habent.

Torridus effuſis incandeat ignibus Æter,
Areſcant fontes, et ſitis urat agros,
Ad ſiccos ramos jucundam carpitis umbram
Voſque beat, ſi quæ leniter aura fluat.

 Ven-

VEngo dal fuoco, e pur ſon come ghiaccio,
Mercè, che ignudo vado e mal difeſo,
E tanto ſon io povero, che ſteſo
Sopra le dure tavole mi giaccio.

Veggo di molti li difetti, e taccio;
Perciò da crude man fui tolto, e preſo,
E in viſta a ognun in alto hanmi ſoſpeſo,
Perchè le manifeſti a un duro laccio.

Miſero! a queſto ſegno io ſon ridotto,
Che ſoſpeſo così contro il dovere,
Son tenuto anco a ſtar, bench'io ſia rotto.

L'accuſe a dar non mi ſarei indotto;
Ma ſe lo faccio, abbiate da ſapere
Che a ciò mi sforza il peſo, ch'ho di ſotto.

Prosilui a flammis, verum quia syndone nulla
Involvor, nimio a frigore dirigui.
Ut membra extendam (sic est mihi curta supellex)
Sternitur e nudis lectulus asseribus.

Quas hominum video culpas, quia pectore condo,
Et taceo, rabidæ me rapuere manus;
Et collum laqueo implexus suspendor in altum,
Ut loquitur quidquid pectore condideram.

Jure quidem nullo dira ad suspendia damnor,
Nam culpæ ullius non probor esse reus;
Quin duo si fuerim, vel plura in fragmina ruptus,
Pendere e laqueo me quoque Fata volunt.

Non ego delator fierem, [vos Numina testor]
Et nulli maculas, quas habet, objicerem;
Sed quia me subtus gravat alto pondere moles,
Cogor de vitio quolibet esse loquax.

Par

PAr che non possa star, pur è così;
In andar sto a cavallo, e sempre a piè
Vedo ch' io vado; e ciò non è, che chi
M' ha in sella, porti co' suoi piedi me.

Perchè veloce io corro, ed ei sta lì,
E mi sprona a l'andar chi presso m'è;
Qual mentre mi fa fretta, anco fa sì,
Che 'l corso m'attraversi un non so che.

Fra la polve, e 'l sudor lorda mi fo,
Tanto nel camminar caldo mi fa,
E nel ventre lo spron sempre immers' ho.

Un di quei, che mi fece, e poi mi sfà,
Sottosopra al caval mentre ch' io vò,
Non mi vien dietro, e su 'l mio dorso sta.

Vere

Vera loquor, quamvis videantur ludicra: ſemper
Sum pedes, atque uno tempore ſemper eques.
Quod gradiar video; ſed non id provenit ex quo,
Cui ſedeo, pedibus me vehat ille ſuis;

Nam velox ego dum curro, ille immobilis hæret,
Quique mihi eſt propior, currere me ſtimulat;
Sed mage dum ſtimulat cœptum obſtruit obice callem,
Ne nimium propere perficiatur iter.

Pulverulenta comas, ſudoribus humida, pectus
Uſta calore, manus, ſordidaque ora gero.
Me miſeram diro calcaria acumine pungunt,
Et fodiunt coſtas viſcera ad uſque meas.

Ex illis alter, qui me conſtruxerat olim,
Et tandem ad primum deſtruit uſque nihil,
Dum ſublimis equo ſupraque, infraque revolvor,
Immotus ſcapulis inſidet ille meis.

Per

PEr ricevermi in caſa vi affannate,
Mettendo il tutto ſottoſopra; e poi
Per l'onor, che per me ne torna a voi,
Le più ſordide ſtanze m'aſſegnate.

Son figlio al Padre mio, ma non crediate,
Che ſian conformi i miei coſtumi ai ſuoi;
Troppo contrario è il genio in fra di noi,
Quant'odio io le bruttezze, a lui ſon grate.

Mi fanno paſſeggiar ad ogni poco
Avanti e in dietro, e ſono incanutito
In sì ſtrano eſercizio, e pazzo gioco.

Su 'l dorſo il Genitor di Troja uſcito
Portommi un pezzo; ed io ſchivai quel foco,
Onde ogni altro de'miei fu incenerito.

Ut

UT subeam vestrum subvertitis omnia tectum;
Tanta est hospitii sollicitudo mei.
Ut subii, illati mihi quæ sunt præmia honoris?
Excipior claustro sordidiore domus.

Sum vili de Patre satus, non abnuo; sed me
Credite degenerem moribus esse Patris.
Cor ambo gerimus vota in contraria flexum:
Putrida ego fugio, sordidus ille cupit.

Hac modo, mox illac impulsus inambulo; eadem
Progredior semper regrediorque via.
Munere in hoc tristi, fatuisque in lusibus ætas
Canuit, et virides præteriere dies.

Cum fugeret Genitor succensæ incendia Trojæ
Me dorso incolumem longa per arva tulit.
Sospes ego evasi, consumpta sed ignibus altis,
Et versa in cineres gens mea tota fuit.

CAndido è il corpo mio, ma non men pura
E' l' anima gentil, che in ſeno accoglio;
Ma per un Vago in lagrime mi ſcioglio,
Che de l' alma il candor m' invola, e oſcura.

Ignuda ſtar, non per mio genio, io ſoglio
Al caldo eſtivo, e a la ſtagion più dura:
E perchè vuol così chi di me ha cura,
Al caldo in bel coturno il piè raccoglio.

Quanto più la mia Parca il fil fatale
Va raddoppiando alla mia vita (ahi laſſa!)
Men durevole allor rende il mio frale.

In un fiato il mio ſpirto alfin ſen paſſa
Da queſta ſalma, e al miſero mortale
Poche del corpo mio reliquie laſſa.

Candida membra mei ſunt corporis; imbuit artus
Sed mihi nobilior, candidiorque animus.
Eliquor in lacrymas accenſa cupidine Amantis,
Qui mihi candorem polluit atque rapit.

Sive rigeſcat hyems, ſeu torrida ferveat æſtas,
Mente incorrupta corpora nuda gero.
Induo Cecropios urgente calore cothurnos,
Idque jubet Tutor, cui data cura mei.

Quo magis adduplicant fatalia fila ſorores,
Quæ texunt vitæ vellera prima meæ,
Eheu debilior mihi tunc intexitur ætas,
Et mage ſunt vitæ ſtamina curta meæ.

Si perflant homines, levis aut Notus explicet alas,
Spiritus in nubes evolat aëreas;
Quodque mihi ſupereſt, et non abduxit in auras
Sunt putridi exiguæ corporis exuviæ.

DA che quai ſchiave noi fummo vendute,
Ci poſero a la cura de le piante.
Queſte ſul ſuol con una tal virtute
Creſcer alte facciamo in un iſtante.

Dovete anco ſaper, che non oſtante
Siamo in sì baſſi uffizj ognor tenute:
Alcun non è, ſia Cavalier, o Fante,
Che d'inchinarſi a noi ſdegni, o rifiute.

Tra noi chi il volto ha bianco, e chi l'ha bruno;
Tutta cieca ne gli occhj è noſtra ſchiatta;
Pur ſtiam concie, e ſul punto al par d'ognuno.

Queſto è pur vero, e a la ragion s'adatta,
Che a lungo andar, mentre di voi ciaſcuno
Si porta ben con noi, più mal ci tratta.

Poſt-

Postquam vendibiles positæ, fuimusque coëmptæ,
Est noster plantas excoluisse labor.
Sic colimus, jactis ut non radicibus ullis,
Crescat, et ex imo planta sit alta solo.

Vilia sint quamvis, et sordida munera nostra,
Attamen in summo semper honore sumus.
In nostrum obsequium Peditesque, Equitesque, Ducesque
Se flectunt imos cernui ad usque pedes.

Aut niveo, aut nigro nos pingimus ora colore,
Nostraque progenies lumine utroque caret.
Nos quoque nobilitas, et punctum tangit honoris,
Perque Urbem incompto nos pudet ire pede.

Nec res falsa, immo rationi congrua; quod si
Plurima sint celeri tempora fluxa gradu,
Qui nobis comis magis est, et palpat, et ungit,
Is ferus ad longum nos magis urget opus.

Così

Così ſottil di corpo, e così aſciutto,
Quàl mi vedete, reggermi ſu l'oſſo,
Sì forte ſon, che in avventarmi addoſſo
A l'uom, ben ſpeſſo a morte io l'ho ridutto.

Son per aria a volar da mano inſtrutto;
Nè l'ali, che pur ho, ſpiegar io poſſo;
E celo il volto mio, che divien roſſo
Per colpa altrui, quando a far mal mi butto.

A quel, che ſciolto in ozio voi tenete,
Farò abbaſſar ben io le corna irate,
Se ſopra lui montar voi mi farete.

Mi ſcoſto allor, che a voi più m'accoſtate:
E quando (o folli) appunto mi mettete
La corda al piè, la libertà mi date.

Quam-

Quamvis subtilis sim corpore, [ut aspicis] et sic
Aridus, ut nudis vix regar officulis;
Sic valeo tamen, ut si forte irrupero in hostem,
Saucius in mortem protinus ille ruat.

Me docuere manus volitare per aëra, quamvis
Non possim pennas explicuisse meas.
In scelus omne ruens pudibundos occulo vultus,
Qui tamen a culpa non rubuere mea.

Olli, qui elato petit irritamina cornu,
In manibus vestris otia blanda trahens,
Si super insilio, posita demissior ira
Is subito obvolvet cornua prona solo.

Quo mage me trahitis propiorem ad pectora, vestris
Transfugus a manibus, longius evolito.
Quando pedem [oh stulti!] intorto mihi fune ligatis
Arripio penna liberiore fugam.

In

IN alto per andar, da l'alto ſcendo,
Onde vengo a ſconvolger quel, ch'ho detto,
M'ha per Santo Liguria; io però intendo,
Che da ognun, che a me vien, ſon maledetto.

Una, che Amazzone eſſer moſtra al petto,
Il dorſo ardita preme a un moſtro orrendo;
Da l'un fianco, e da l'altro io mi le metto,
E ſtimolo le ſon a gir correndo.

Una gran turba in atto umile, e pio
(Depoſta pria la men gravoſa ſoma
Del capo) a me inchinarſi ognor vegg'io.

Il ſervir me gran diſonor ſi noma;
E pur chiaro è per ſangue il nome mio,
Dal tempo infin, che fabbricoſſi Roma.

Ire

IRe per alta celer cupiens, dilabor ab alto;
Confusa en verbis verba priora novis.
Me Sanctum ingenui Ligures dixere; sed in me
Turba procax probra, et jurgia crebra vomit.

Quædam masculeo mihi visa a pectore Amazon,
Horribilis monstri terga superba premit.
Huic ego sum comes a latere irrequietus utroque,
Et stimulo in longas ocyus ire vias.

Deposito capitis leviori pondere turba
Plurima, quæ famulas fert mihi sæpe manus,
Audaces demissa oculos, vultusque procaces,
Me colit obsequio, et religione pari.

Inservire mihi pudor est, et dedecus ingens;
Hæc tamen est vulgi ludicra garrulitas.
Nam mea nobilitas fluit a fundamine Romæ:
Tunc quoque grande mihi nomen in orbe fuit.

QUella ſon, che a punir pubblici eccesſi
Con piena autorità già fui ſpedita.
Son viva, e morta, e morta anco dò vita
A chi nel ſen tiene i reſpiri oppresſi.

A ſuoi tempi a i poderi ogn'un m'invita;
E pur lungi da lor brama, ch'io ſtesſi.
Quando cadendo mi fo in pezzi ſpesſi,
Gran doglia e pena vien da voi ſentita.

Mai non gode mia Madre ore ſerene,
E di me ſendo gravida, tra bruni
Ammanti involta, a partorir mi viene.

Vò libertade; e ſe in lor caſe alcuni
Mi vogliono a ſervir, biſogna bene
Mi ci tirin per forza e con le funi.

Illa ego ſum pleno quæ ad publica crimina jure
Non humilis vindex a Jove miſſa fui.
Et vivo, et morior; ſua reſpiramina cordi
Oppreſſo, quamvis mortua, reddo tamen.

Vere novo trahor in Campeſtria florea; verum
Quiſque cupit campis me procul eſſe ſuis.
Innumeris quoties cœcum aëra ſpiſſo lapillis,
Sauciat oh quantus pectora veſtra dolor!

Ter dilecta Parens, cui ſemper turbidus aër,
Dum ventrem tumuit pondere fœta meo,
Gauſapina Corpus circumundique tecta nigranti
Me parit infauſto mœſta puerperio.

Nata mei Juris volo libera vivere; ſi quis
In Domibus famulam me velit eſſe ſuis,
Olli opus eſt multo ſudet conamine, meque
Alliget intorto cannabe, vique trahat.

CHe occorrerebbe, ch' io mi ſteſſi in letto,
Se ad ogni modo non ho mai riposo?
Che agitato da umor che dir non oso,
Da l' una, a l'altra ſponda ognor mi getto.

Deh laſciatemi andar, che s'io mi poſo,
Di reſtar morto in pochi dì m'aſpetto.
Io provo l'eſercizio, che in effetto
Più ſano mi mantiene, e vigoroſo.

Ma s' io vò, gran ſtupor fia che v'apporte:
Veder, che a lento piede altri mi paſſa,
E pure a più potere io corro forte.

Ora in alta fortuna, ed ora in baſſa
(Vuol così il Ciel) mi trovo; e ſe la Corte
Rubbar l' altrui mi vede, andar mi laſſa.

Quid

Quid juvat assidue molli decumbere lecto,
Si tranquilla mihi non datur ulla quies?
Me quia, quem taceo, contorquet læthifer humor,
Versor in alterutrum nocte, dieque latus.

Nec mihi quis cursum impediat. Si forte quiescam,
Ne mihi sit vereor læthifera illa quies.
Sum sæpe expertus, quod si magis ambulo et erro,
Est mihi longa magis, vividiorque salus.

Dum pede sollicito curro [mirabile dictu!]
Me plures tardo transiliere gradu;
Et tamen accelero toto conamine gressum,
Exhausto donec robore defficiam.

Dives opum multo nunc erigo cornua fastu,
Nunc, humilis frontem, postulo pauper opem.
Sic erat in Fatis: Rapientem aliena Satelles
Me videt, effugium nec vetat ille meum.

Pittor

PIttor io ſono, e al natural dipingo;
Chi ritratto eſſer vuol ſi faccia avante;
Solo a darmi i color ſolo l'aſtringo,
Che queſto non è patto ſtravagante.

E' la maniera mia (nè mi luſingo)
L'opre far preſto e ben con man volante.
Anzi a ſtupor farvi veder m'accingo
De la perizia mia prove poi tante.

Nel ſito, ove dipingo il volto d'uno,
Sopra l'iſteſſo ne farò dugento,
Senza far pregiudizio a quel d'alcuno.

Poi tutti li cancello in un momento;
Ma ſe da me tornar vorrà ciaſcuno,
A tutti il ſuo moſtrar non mi ſgomento.
Ma ci vuol de l'argento;
Che a confeſſarvi giuſto il mio peccato,
Non poco a queſto anch'io ſono attaccato.

Pictor

PIctor ego doctus vivaces pingere vultus:
Accedat propriam qui cupit effigiem;
Pro mercede tamen varios exposco colores,
Nec pactum hoc nimii fœnoris esse reor.

Sic celer expedio tabulas, [nec jactito falsum]
Ut pingens mea sit visa volare manus.
Grandia quin etiam miracula in arte videbis,
Explorare meum si velis ingenium.

In quibus est tabulis depicta unius imago,
Est mea bis centum pingere docta manus;
Nec nova signatam obscuraret imaginem imago,
Quamvis diverso picta colore foret.

Inde brevi morula, quæ sunt depicta lituro,
Si picta in tabulis millia mille forent;
Si tamen abrasam repetat quicumque figuram,
Protinus hanc olli ostendere non renuo;
Sed dona argentea posco.
Ut mea confitear sinceris crimina verbis,
His ego non leviter confido, et adhæreo donis.

Avan-

AVanti giorno mai fuori non esco,
Pur sempre vado in giro e notte e giorno.
Spesso incontri ho di Fiere, e con lor tresco;
E 'l mostro ai segni, con la fascia intorno.

L'orto, ove presto nasco, e presto cresco,
E' senza piante, e senza fiori adorno:
E per la copia d'acque ameno, e fresco,
Che ad ogn'altro può fare invidia, e scorno.

Morendo vado in giù, dove ogn'un crede
Nè alcun mal feci, e poi godrassi il Cielo
Chi agli usati difetti ogni dì riede.

Vi dirò il nome mio, ma sotto velo;
Quei, che mi vede più, manco mi vede;
E sol ch'io così dica a voi mi svelo.

Noctes, atque dies gyrum vigil impleo; ſed non
Exilio a foribus ni ſit oborta dies.
Cum monſtris, quæ ſæpe mihi ſunt obvia, ludo,
Signaque dat lateri faſcia cincta meo.

Nulla ſit umbra licet, nec ſit flos ullus in horto,
Naſcor ubi et creſco, eſt ſemper amœnus ager.
Irriguis nam dives aquis, atque aëre blando,
Dedecus eſt aliis, invidiamque parit.

Si moriar, quamvis ſcelerum ſim purus, et inſons,
Corruo ad inferni ſtagna profunda lacus.
Interea pulchros ſuperambulat Ætheris orbes
Fœmina, quæ in vitiis eſt diuturna ſuis.

Quod mihi ſit nomen, vix ſub caligine dicam,
Sed quid ſuſpenſo vos moror eloquio?
His ſolis verbis nodum explico: lumine ſiquis
Me propiore videt, me minus ille videt.

I Gnuda uſcir di crudel ferro armata
Veggio ſul campo una Guerriera ardita;
Sol d'un piagato usbergo ell'è munita,
Che più rende a gli acciar facil l' entrata.

Tanto s'opra in ferir queſta ſpietata,
Con chi le dà a le mani incrudelita,
Che perde il fil ſuo ferro, e ogni ferita
Con la taſta in un punto è medicata.

Così di tal virtù ſuo ferro è cinto,
Che gli ſquarci in ferir ſalda, e garreggia
Con quel del Greco Eroe, che il volgo ha finto,

Per queſto alcun mai de'feriti eſtinto
Qui non riman; ma ſe l'acciar roſſeggia,
Nel ſangue di chi fere è ſempre tinto.

Cuſpi-

Cuſpide diſtrićta bellatrix fœmina, Martis
Prælia ubi fervent, corpore nuda ruit.
Se lorica operit, quæ multo a vulnere fraćta
Dat calybi ingreſſum liberiore via.

Siquem forte manu capiat, contorquet et angit,
Nec ceſſat crebris pungere vulneribus;
Vulnera ſed punćto ſanat lemniſcus in uno,
Et ferrum amiſſo ſyrmate torpet iners.

Torpet iners; olli ſed tanta eſt inſita virtus,
Integret ut taćtu vulnera faćta ſuo.
Non ſecus Æacidis quondam tulit haſta ſalutem,
Ut narrant pueris ſomnia Grajugenum.

Hinc de mille, acri quos ferrum perforat ićtu,
Nullus ad Eliſias mortuus ivit aquas.
Effuſo cuſpis ſi quando eſt fœda cruore,
A feriente manu defluit ille cruor.

Tu, che fra ciechi orrori involto hai il guardo,
Tranne l'acciar più fin di tua faretra;
E a la bella cagion, ond'io tutt'ardo,
Penetra il ſeno, e ſua durezza ſpetra.

Le prove a raddoppiar deh non ſii tardo,
Se a gli ſtimoli tuoi ſchiva s'arretra:
O per me caro, e prezioſo dardo,
Se poco ardor dal crudo cor m'impetra!

Dinne al Vago crudel, al mio diletto,
Su queſta pietra aſſiſa, infra queſt'ombre,
Per accoglierlo in ſen, ch'io qui l'aſpetto.

Ma ſe a vincer non giugni il duro petto,
Prego tua face eterna notte ingombre,
E ſia quel, che tu vibri, a i colpi inetto.

Oh qui

O Qui nocturnis oculos involveris umbris,
In pharetra validum missile si quod habes
Extrahe, et in pectus formosi, quem ardeo Amantis
Evibra, et immitem contere duritiem.

Nec sit tarda manus: repetitis percute telis,
Si durus primis ictibus obstiterit.
Oh felix cuspis tenuem de corde favillam
Si poterit votis elicuisse meis!

Ah! si forte meo tu nuntius ibis amanti,
Quæ loquor ex animo, hæc dulcia verba refer.
Dic tenebras inter quod duro in marmore sido,
Et moror amplexus irrequieta suos.

Quod si tam rigidum cor emollire nequibis,
Hæc duo Numinibus fervida vota feram:
Quod facibus nox atra tuis superingruat, et quod
Obtusum jaculum sit tibi semper iners.

In

IN alto s'erge una prigion funefta,
Che per alcuni ladroncelli è fatta.
Quei, che dentro vi dan, mai non fi tratta
Camparli da la pena de la tefta.

Chi ferve lor di sbirro, e chi gli arrefta,
Sta fermo, non li cerca, e non s'appiatta.
I lacci al collo, i nodi al piè gli adatta;
E fe voglion fuggir, li trita e pefta.

Però fra molti alcun fuggir fi vede;
Nè fia ftupor, fe mille di quei nodi
Non ftringon pur a un prigioniero il piede.

Alfin martirizzati in varj modi,
Di tutto il lor più d' un rimane erede:
Le fiere, il vento, e chi gli ordì le frodi.

Pendu-

Pendulus, ut fures capiantur, in aëre carcer
Nil clausus, sed adhuc satifer, erigitur.
Incauto siquis ruat hæc in vincula cursu,
A pœna capitis diffugus esse nequit.

Dum capit hos lictor, retinetque, immobilis hæret:
Non cursu insequitur, nec stat in insidiis.
Adnectit collo laqueos, et vincula furis:
Quos fugiisse timet, conterit atque premit.

Sunt tamen ex illis, qui vincula ludere norunt,
Et non prævisam corripuere fugam.
Ne tamen obstupeas, quia vincula mille nec uni
Captivo possunt illaqueare pedes.

Tandem martirio contorti æqualiter omnes,
Flebiliter variis interiere modis.
Divitis interea census quis scribitur hæres?
Artifices fraudis, belluæ, et aura levis.

MOrto mio Padre povero, e ſtracciato,
Stravaganti con me furon le Stelle;
E fu, che il corpo mio miſe la pelle,
Dopo d'eſſer nel mondo a luce dato.

Un tempo viſſi in diſſoluto ſtato;
Poi mi ſon fatto abitator di celle.
Bacco (chi vuol ſaper come m'appelle)
Non però volgarmente io ſon chiamato.

A ſtar ſpeſſo con me gli amici invito,
E ſe han più d'una voglia, io ben lor cavola,
Perchè ho modo appagar loro appetito.

Per far coſa più grata (e non è favola)
Quello, che già nel corpo ho digerito,
A gli ſteſſi alla fin ripongo in tavola.

Pav-

P Auperis, et laceri Patris post funera, donum hoc
Grande, et insuetum fata dedere mihi:
Ut vitam ingrediar sine pelle atque ossibus, et post
Accrescant membris pellis et ossa meis.

Vixi olim effrænis quacumque a lege solutus;
Morigeras cellas nunc habitare placet.
Si nomen quæras, mihi Bacchi est nobile nomen;
Sed cave ne Tusco decipiare sono.

Sæpe voco unanimes mecum ad convivia amicos,
Et variam repleo cuilibet esuriem;
Nam mihi sic census locuples, et copia rerum est,
Pluribus ut votis sim satis, atque super;

Utque magis sapiant epulæ, quibus instruo quadram,
(Credite, non etenim somnia Achiva loquor)
Quod teneo pleno digestum in ventre, rejectum
In mensa ante oculos sæpe repono suos.

M Per

PEr beltà che mi fugge ove mi vede,
Fiſſo a l'amato albergo io mi ſto fuore,
Da che il giorno bambin vecchio ſi muore,
Fin che l'ombre a fugar riſorto riede.

Io taccio, ma al mio ben parla, e fa fede
Lineato da me fido candore,
Quanto foſche per me girino l'ore:
E qual del mio ſervir bramo mercede.

Sol chieggo a l'Idol mio, che almen ſereno
Giri lo ſguardo a vagheggiar lo ſtrale,
Onde per lui porto trafitto il ſeno.

Venga pur per me poi l'ora fatale;
Che così di ſervir ſon pago appieno
A l'ignudo crudel, che a tergo ha l'ale.

Arren-

Attentis oculis formosi ad limina Amantis
Evigilo; intuitus sed fugit ille meos.
Evigilo, donec cæptum sol impleat orbem,
Perficiatque suum Luna bicornis iter.

Lingua tacet, sed fida meo fit nuntia Amori
Plurima per niveas linea ducta vias.
Nuntiat hæc obscura mihi quam tempora currant,
Et meus expectet præmia quanta labor.

Quid posco? ut blandos oculos frontemque serenam
Inclinet, gremium respiciatque meum,
Et videat transfixam alto mihi corde sagittam,
Et mihi facta suo hæc vulnera amore sciat.

Tunc mihi nil curæ, si fatifera ingruat hora,
Et tandem a tenebris sit mihi clausa dies:
Crudeli Domino, cui nudos ala lacertos
Instruit, exsolvi quod mihi munus erat.

Sopra de la terreſtre e baſſa mole
Corro con largo giro i miei viaggi.
E per varj ſentier, varj paſſaggi,
Sempre a me qualche belva unir ſi ſuole.

Innanzi e indietro vado, e aſſai mi duole,
Che fan ſpeſſo a' miei puri e terſi raggi
Torbidi incontri ingiurioſi oltraggi,
Quando Giuno il terren diſſetar vuole.

In giù vò ſotto terra, e poi riſorgo;
E ſotto Ciel, che al moto mio non dorme,
Grato al pigro mortal ripoſo porgo.

Quelle sferiche poi picciole forme,
Che appajon dopo me, ben io le ſcorgo
Per miei veſtigj, e de' miei rai per orme.
Ma quanto io ſia difforme
Dal ſol, che fingo d'eſſer, lo vedrete,
Se togliermi la maſchera ſaprete.

Plu-

PLurima terrarum largo campestria gyro,
Ad celeres cursus excita, circumeo.
Per dubios calles, et per dirupta viarum
Sæpe comes lateri est bellua facta meo.

Nunc eo, nunc remeo; sed me dolor improbus urget,
Noxa quod in mediis sit mihi facta viis;
Deplua nam Juno deformat, et inquinat audax
Candorem in radiis, qui solet esse meis.

Si quando obvolvor terræ per opaca deorsum,
Ilicet ad superum sponte resurgo jubar.
Hinc fessis est facta quies jucunda sub orbe,
Qui vigil ad motus cogitur esse meos.

Postquam transabii, signatur arena figuris,
Quæ sunt exigui sphærica imago globi.
Certa recognosco radiorum signa meorum,
Nec non a pedibus signa relicta meis.
Sed me non esse videbis
Solem, mentita ut sub imagine fingere quæro,
Si personato exodium mihi detrahis ori.

Un

UN nobil prigionier ſtarſi legato
Vidi ſtretto in un fondo; e a i lati avea
Una man di cuſtodi, e chi 'l tenea,
Anch'ei qual ſchiavo il piede avea cerchiato.

Nel carcer da ſuo pari era trattato;
Che non più ricco addobbo aver potea.
E mentre in quà e in là ſi conducea,
De i grandi a l' uſo, a mano era portato.

Sotto di rozzo, e ſconoſciuto arneſe
Già fu preſo; e ſi eſpoſe ei follemente,
Pria di laſciar ſcoprirſi, a mille offeſe,

Suoi delitti non ſo; ſo che la gente
Per crudiſſimo il taccia; e già ſi ſente,
Che ſi ſparge per lui ſangue innocente.

Car-

CArcere devinctus, cinctusque satellite multo
Quidam erat illustri e stipite progenitus.
Et qui illum in manicis strictum retinebat, et ipse
Servorum in morem, compede vinctus erat.

Carceris ornabat muros aurata supellex,
Hospitibus vere congrua nobilibus.
Huic quoties placuit depellere tædia motu,
Subvectus manibus, Principis instar, erat.

Hunc prius ignotum, et vili sub veste latentem,
Lictores avida detinuere manu.
Plura deinde fuit probra, et ludibria passus,
Se quia, quantus erat, prodere non voluit.

Nescio quæ fuerint sua crimina: publica vox est,
Quod nimis in miseros crudus et asper erat:
Nunc etiam, quia crudelis non desiit esse,
Sæpius innocuo terra cruore madet.

Mol-

MOlti Galletti in una gabbia ſtanno,
Fatta di fil di ferro, imprigionati.
Le penne in teſta, e al collo eſſi ſol hanno:
Nel rimanente ſon tutti pelati.

Provando di fuggir da gli ſteccati,
Saltan col capo fuor, ma con lor danno;
Ch'altri in un trave con la teſta danno,
Altri a una corda reſtano impiccati.

Il Padron, ch'ha a le man queſta famiglia,
[Che per il canto ſolo è a lui gradita]
Grida s'altri la turba, e la ſcompiglia,

Le fa far l'alto e'l baſſo; e a chi impedita
Sente la voce, in man di gabbia il piglia,
L'accomoda, e gli taglia la pipita,

Vix vix cristati pipiunt in carcere Galli,
Quos inibi clausos ferrea fila tenent.
Sunt omnes levibus nudati corpora pennis,
Vix caput, et collum parvula pluma tegit.

Transverso quoties voluere erumpere septo,
Incauti in damnum prosiluere suum.
In trabe nonnulli nimio caput impete frangunt,
Nonnulli collum funibus illaqueant.

Gentem amat hanc Dominus vocum modulamine cap- [*tus,*
Nec non sollicitis dirigit articulis.
Hanc si præscripto quis turbet ab ordine, frendens
Clamitat, atque iram non capit ipse suam.

Hunc jubet altisona, jubet illum voce profunda
Concinere, et si quem raucisonum audierit,
Extrahit a cavea, docteque reaptat: ab ore
Eripit infestam forcipe pelliculam.

N Cari-

CAricatemi pure, al fine il peſo
Dee ſu le voſtre ſpalle eſſer poſato.
Nè ſe cibo a dover mi ſarà dato,
De' calci vi darò: m'avete inteſo?

La fune, per cui ſon da voi tirato,
Serve a farmi pigliar; dapoi che preſo
Da voi già ſono, e ſu la forca ſteſo,
Da mano micidial ſono ſparato.

Quindi del corpo fuor ſento ad un tratto
Le viſcere involarmi; io per eccesſo
Di duol, fieri clamori alzo, e mi sbatto.

Son trattato così ſenza proceſſo,
Qual noto delinquente, ma di fatto,
S'io non ſon buon, poſſa crepare adeſſo.

Im-

IMple vota: novo me comprime pondere: tandem
Hoc debes humeris ipſe ſubire tuis.
Ulterius moneo, quod ſum trux Calcitro, et aptam
Eſcam ni dederis, te quoque calce premam.

Cur me fune trahis? Me forte prehendere quæris?
Nonne tuæ pridem me tenuere manus?
Me miſerum! Furca diſtendor membra bicorni,
Suntque mihi e medio viſcera vulsa ſinu.

Erupiſſe mea dum viſcera ſentio ab alvo,
Ingenti preſſus corda dolore fremo,
Perſtrepo, concutior, clamoribus impleo cœlum,
Terraque ab ingenti quaſſa fragore tremit.

Sic ego ſum tortus, nec adhuc eſt cognita cauſa,
Non ſecus ac populi publicus ore reus;
Ni tamen a quovis ſim crimine purus, et inſons,
Hac hora faciant me crepuiſſe Dii.

PAdre ſon io d' un, che non è mio figlio.
Perchè eſce dal mio fianco, io gli ſon padre.
Perchè nacque d'altrui non è mio figlio.
Stretto e congiunto è a me qual figlio al padre.

Dopo lui, ſe a me naſce ogn'altro figlio
Legittimo, è baſtardo; e ben ch'io padre,
Sia comun, mie ſoſtanze ha queſto figlio,
Di legato in vigor fatto a me padre.

Per forza, e per amor da che m'è figlio,
Io reſto ignoto e ſconoſciuto padre,
Perdendoſi il mio nome in quel del figlio.

S'ei muor, poſſo ben io miſero padre
Vivo reſtar; ma ſe muojo io, tal figlio
Non ſopravvive un ſol momento al padre.

Sum

Sum Pater, et genitus non est mihi Filius; ex me
Sed quia prodivit, filius ille mihi est.
Ex alienigeno traxit natalia lecto,
Non ergo poterit filius esse meus.
Conjunctus tamen ille mihi fit vinculo eodem,
Quo junctus Patri filius esse solet.

Post illum quicumque mihi subnascitur Infans,
Quamvis legitimus, creditur esse Nothus;
Et quamvis ego sim Genitor communis utrique,
Hæres in censu fit Nothus ille meo.
Sic de legatis disponunt Jura, quod hæres
In Patriis Spurius debeat esse bonis.

Postquam vel Legum vi, vel dulcedine Amoris
Ille mihi verus filius efficitur,
Vilis, et obscurus Pater, et sine nomine fio,
Nomen enim in Spurii nomine perdo meum.

Si Nothus in viridi moriatur Filius ævo,
Vivus ego vireo post sua Fata Pater;
Ast ego si moriar, mihi non erit ille superstes;
Fata volunt illum me moriente mori.

Pri-

PRima, dal sen materno appena tolto,
Fui gettato infelice entro una fossa,
Dove lasciato avrei le carni, e l'ossa,
Se non n'ero cadavero ritolto.

Ma in più fiere sciagure eccomi involto.
Un'empia man da cruda Erinni mossa,
Sotto ottusi coltelli a piena possa,
Tutto a tritarmi ha il suo furor rivolto.

Le membra a un mostro a lacerarmi in preda
Ora porge, or ritoglie, acciò co i denti
Meco più volte incrudelir si veda.

Mi lega a un tronco, e mi ridà tormenti
Di torture, e di croci; e fa, ch'io rieda
Da l'eculeo, di taglio a gli strumenti.
Al fin fra tanti stenti,
Dopo di vita esser rimasto privo,
Con gran mia gloria entro le carte vivo.

IN cavea, primo vix raptus ab ubere matris
Jam fueram putribus contumulatus aquis.
Carnem ibi nunc essem jam marcidus, ossaque putens,
Ni subito ereptus triste cadaver eram.

Excita tartareo crudelis Erinnyos igne
Me fera dextra malo nunc graviore premit.
Membra minutatim obtusis mihi scindere cultris
Nititur in pœnas ingeniosa meas.

Horribilis monstri me dentibus exhibet, ut me
Uniter innumero vulnere dilaniet.
Exhibet, et retrahit, rursum exhibet, atque retractat,
Ut sit pœna mihi longa, et acerba magis.

Me trunco adnectens iterat tormenta: retorquet
Funibus intortis, multiplicatque cruces.
Me trahit ex Equulo, sed acutos urget ad enses
Sævior, ut pœnis sit mora nulla meis.
Tot morte dolores
Tandem cesserunt, et adhuc post funera vivo:
Æternum in doctis resonat mea gloria chartis.

Tuo-

TUonan le sfere, e da l'oſcuro velo
Toſto cadono in giù minute brine,
Che innalzandoſi poi giungon vicine
Quaſi a toccar, d'onde cadero, il cielo.

E ſotto quelle candide ruine
Senza niuna apparir fronda nè ſtelo,
Sparſe di fior, ſenza temer di gelo,
Fanſi intorno veder le falde alpine.

Quindi la pioggia in ſcarſi nembi e lievi,
Ora precipitoſa in largo fiume
Scende da l'alto a liquefar le nevi.

E ſe leggiadra Dea nacque da ſpume,
Portento non minor ſtimar tu devi,
Naſcer da queſte un boſchereccio Nume.

Into-

Intonuere Poli, et denſo a velamine nubis
Ocyus in terras denſa pruina ruit:
Quæ ſenſim excreſcens in cana cacumina, ſummos,
A quibus exciderat, ſurgit ad uſque Polos.

Inter candidulas, quas cernis utrinque ruinas,
Nullus frondis honos, germina nulla virent;
Sunt tamen exorti ſuper hæc declivia flores,
Qui rigidas hyemis nil timuere nives.

Hinc pluvia ex alto, vel largo proruat amne,
Vel ſenſim fluitans depluat imbre levi,
Deſtruit hos nivium colles, liquefactaque bruma
Nec pluviæ retinet, nec nivis effigiem.

Ingens prodigium! Si ſomnia Achaica jactant,
Quod maris e ſpuma blanda ſit orta Venus:
Prodigium non impar eſt, quod Numen agreſte
A nive, et a pluviis exoriatur aquis.

UN Fratel batte l' altro, e la Sorella
A parte ancora ell' è de le percosse.
Ma le sta ben, poichè ci ha colpa anch'ella,
Perchè niente a pietà di lui si mosse.

Anzi si pianta lì con le sue grosse
Gambe a aspettar, che l' un l' aspra procella
Scarchi su l' altro, a cui pria fatte rosse
Le membra, nere fa tanto il flagella.

Che più; la terra, l' acqua, il foco, il vento,
Comporta quel crudel, che a quel meschino
Congiuri un dopo l' altro a dar tormento.

Ma ch' ei contro un fratel sia sì ferino,
Non dee parer (secondo me) portento,
Se vien da quella razza di Caino.

Dum

Dum furit in Fratrem repetito verbere Frater,
Participem flagri se dolet esse Soror;
Sed jure id patitur: non est sine crimine: Fratrem
Dum videt afflictum, nil pietatis habet;

Quin grandes suras defixa immobilis hæret,
In Fratrem donec barbara grando ruat.
Interea Frater sic Fratris membra flagellat,
Ut rubra quæ fuerant, furva nigredo tegat.

Quid dirum ulterius! Tellus, Aqua, Ventus, et Ignis
Alternis miserum impulsibus excruciant.
Impius interea carpit nova gaudia tortor,
Et ridet Fratris tristia Fata sui.

Nil mirum tamen est, tanta si concitus ira,
Efferus in Fratrem sæviat usque suum;
Nam per mille Atavos fluit alta ab origine Cain,
Inque suo rabies fervet avita animo.

MOrti i miei Genitori, altra hà portato
Pofcia di me più dì gravido il feno.
Poi fenza partorirmi io nacqui, e nato,
Fu di fciagure il viver mio ripieno.

Fra le pezze ero ancora, e nón di menò
Da le poppe fui tolto: indi pofato
Su duro letto, e d'immondezze pieno,
Dove ben pochi fonni a gli occhj ho dato.

In più matura età nudo al deferto
N'andai fra felve, ove di cibo privo,
Da me fu fempre afpro digiun fofferto.

Quivi dentro a un oftel racchiufo vivo
Soggiornai qualche dì, d'onde per certo,
S'abiti non mutavo, io non ufcivo.

Postquam aversa meos Fata eripuere Parentes,
Altera me tumido Fœmina ventre tulit.
Me non progenuit: sum sponte exortus; at eheu
Semper in ærumnis anxia vita fuit.

Panniculis implexus adhuc, tenuique ligatus
Stamine, maternis abstrahor uberibus.
Dein sternor duro, et fœdo a putredine lecto,
Somnus ubi renovat parvula membra brevis.

Evigilo, et quia facta mihi est maturior ætas,
Ad sylvas nudo corpore dejicior.
Longa ibi perpessus vacuo jejunia ventre
Vix potui a nimia non periisse fame.

Exesus, sed vivus adhuc in carcere claudor,
Ductaque ibi in plures est mea vita dies.
Sed nisi mutato fugiissem gausape, clausus
Ille mihi æterna in tempora carcer erat.

A trar

A Trar ſu duro letto aſpro ripoſo
Tu mi coſtringi o Ciel, tu mi condanni.
Vivea ſciolto a me ſteſſo, e tu sdegnoſo
Mi dai in preda al rigor d'aſtri tiranni.

Ma che tanto lagnarmi? Il diſpettoſo
Si volga pur, ſe ſa, crudo a' miei danni.
Tu puoi ſol col tuo ſguardo (ah che non oſo
Il tuo nome ridir) trarmi d'affanni.

Un di quei di laſſù ſpirto rubello,
E' ver, che sì mi cangia, e mi trasforma,
Che nè al corpo, nè al nome io ſon più quello;

E appena in me di me rimane un'orma,
Idolo mio, ma ſe 'l tuo volto bello
Mi volgi, io torno a la primiera forma.

Cur me damnaſtis rigido requieſcere lecto
Numina? Tanta quies aſpera pœna mihi eſt.
Nuper eram liber, dira modo compede vinctum
Me tenet irati ſyderis aſperitas.

Sed quid ego doleo? me ſævius urgeat aſtrum,
Altaque in ærumnas influat ira meas.
Me ſolis poteris recreare obtutibus oh qui . . . .
Sed rurſus nomen pandere turpe foret.

Spiritus ex illis, qui ſunt per inania ſparſi,
Me tranſire novam cogit in effigiem.
Et ſic transformor, pars ut mihi nulla ſuperſit
Corporis, et pereat nominis uſque ſonus.

Parva mei remanent in me veſtigia, ſed ſpes
Eſt iterum in vultus poſſe redire meos.
Flecte oculos in me Deus oh pulcherrime rerum,
Olim qui fueram, te auſpice, rurſus ero.

Alza

ALza ſopra d'un palco [udite attenti]
Un Giudice ſevero il Tribunale.
E di Regi , e Monarchi in dì fatale
Eſamina a minuto i mancamenti.

Del ſuo ſtrano rigor odo portenti;
Difetti i più leggier, come gran male
Più caſtiga: ed i rei con pena eguale
Tien ſoſpeſi a tortura, e gl' innocenti.

Tra quei, che contro lor ſon teſtimonj,
De la terra è un gran figlio [e vel rivelo]
Che ſi corrompe sì, ma non co i doni.

Del Giudice ecco al fin quel sì gran zelo
Di giuſtizia sì retta: i giuſti, e buoni
Manda a l' Inferno, e i più cattivi al Cielo.

Eri-

ERigit alta ſuper rigidum tabulata Tribunal
Judex. [Auriti vocibus eſte meis.]
Fatali ſedet ille die, levioraque Regum
Acta minutatim ſevocat ad trutinam.

Sed nimium auſterus leviora piacula damnat
Ut gravia, et pœnas exigit immodicas,
Innocuoſque, Reoſque ſimul diſcrimine nullo
Suſpenſos tortis funibus excruciat.

[Prodere non renuo] Terrai filius ingens
Eſt inter Teſtes, qui male facta probant;
Corruptus toties profert mendacia; verum
Ullo corrumpi munere non patitur.

Sed quo collimat recti tam dira cupido,
Et tanta in ſontes Judicis aſperitas?
Ingenuos, moriſque probi ad nigra tartara damnat,
Infectos vitiis ſydera ad alta vehit.

DUe compagni noi ſiam, ma ſiam nemici,
Perchè d' eſſer così tra noi fu patto.
A quel che un vuol, l' altro s' oppone affatto,
Nè ci ponno accordar comuni amici.

Andiamo in giro, e ci paſciam d' accatto
Da queſto, e quello, poveri mendici.
Cibi ci danno [è ver] ma sì infelici,
Che il corpo ci ſentiamo in pezzi fatto.

A poſta ferma andiam col ventre voto,
In certi giorni da certe perſone,
Che di darci mangiare hanno per voto.

Ma nel veder che un tale ogni boccone
Vuol contarci, ci vien d' ira tal moto,
Che vomitiam ſul piatto la porzione.

Ambo

AMbo ſumus comites; diſcors ſed utrique voluntas:
Hæc pacti inter nos formula prima fuit.
Unus amat, laudatque, quod alter damnat, et odit,
Diſſidiumque hoc componere nemo poteſt.

Orbem circuimus, pulſamus ad oſtia egentes,
Et mendicata vivimus ambo dape.
Eſca datur [fateor], ſed quæ duriſſima morſu eſt:
Hinc corpus plura in fragmina ſæpe ruit.

Ventrem jejuni pia tecta ſubimus, ibique
Sumimus ex voto quæ ſolet eſca dari,
Eligimuſque diem, quæ ſit mage congrua votis:
Sic nos pauperies ingenioſa docet.

Sed quidam ſtudioſus homo, dum ſumimus eſcam,
Bucellas avidis computat articulis.
Exoſi hoc vitium ſubita excandeſcimus ira,
Et manſum in patina quodlibet evomimus.

HA una Cafa due ftanze, ove a migliara
Vi ftanno abitatori a far foggiorno.
Ha quefta una fol porta, a cui d'intorno
S'affollan per ufcir facendo a gara.

Giunti ful liminar, con una amara
Caduta, tutti in precipizio andorno.
L'albergo fteffo a più colonne adorno
Dietro lor va foffopra, e li ripara.

Gli appartamenti un fopra l'altro ftanno;
E pur coftoro fenza mai falire,
Da l'un a l'altro ogn'or paffano, e vanno.

Fra gli altri uno maggior può ciò impedire;
Ma non può far con alcuna arte, o inganno,
Che un tal non paffi, anco fenz'ufcj aprire.

Divifa

DIvisa in geminas est parva Domuncula sedes,
Hospitibus mille, et millibus hospitium.
Unum habet ostiolum, cui circum est afflua Turba
Certatim impatiens prosiluisse foras.

Ut limen tangunt, ima in declivia saltu
Se propero urgentes, præcipitesque ruunt.
Dumque ruunt, domus ipsa suis resupina columnis
Volvitur, et lapsos erigit incolumes.

Sedibus e geminis est altior una superne,
Altera in inferno subcava facta loco.
Nil opus est gradibus. Plebecula tramite plano
Hospes in alterutros itque, reditque lares.

Quandoque id prohibet qui corpore grandior extat,
Si vigil angustas excubet ante fores;
Sed prohibere nequit nulla vel fraude, vel arte,
Ne quidam clauso transvolet ostiolo.

Da

DA un Elemento grave, e da un leggiere
A la luce ambedui ſiamo venuti.
Sogliam racchiuſi in caſa eſſer tenuti,
E paga un tanto chi ci vuol vedere.

Quei ci porta a caval, che a voi fa avere
Con un cenno che dia, molti ſaluti;
E fin le più gran teſte a dar tributi
Chinanſi pur anch'elle a ſue bandiere.

A i maggiori d'etade avanti andiamo:
E 'l noſtro corpo in tal maniera è fatto,
Che l'oſſa fuor ſopra la carne abbiamo.

Quel, che abbiam dentro l'oſſo, a un leggier tatto
Offeſo reſta, e affar ce ne turbiamo;
Ma più a chi ſotto c'è nuoce tal atto.

Nos

Nos Fratres elementa duo genuere, deorsum
Unum sponte ruens, alterum in alta volans.
Claudimur in domibus, solvitque numismata, nostro
Qui cupit intuitu liberiore frui.

Nos vehit in dorso qui nutibus excitat omnes,
Ut fundant superis optima vota Diis;
Huic quoque curvantur Regum capita alta, nec esse
Vexillis renuunt obsequiosa suis.

Quos mage perspicuos reddit veneranda senectus,
Passu ambo numquam dispare progredimur.
Sic posuere Dii nostrum miro ordine corpus,
Ut supra carnem deforis ossa gerat.

Sed caro, quæ nudis circumdatur ossibus, oh quam
Indolet a tactu, si fuit icta, levi!
Hæc quoque nos tangit communis noxa, sed illos,
Qui nobis subsunt, tangere visa magis.

FUmmo in pezzi cavati ambo dal fianco
Di noſtra madre a la campagna avvezza.
Siam par appunto eguali di lunghezza,
Benchè riſpetto a l'un l'altro ſia manco.

Depoſta già la natural rozzezza,
Di mercante in Città ſtemmo in un banco.
Quindi ciaſcun di cotal vita ſtanco,
Fra i nobili di ſtare ebbe vaghezza.

Con ſtilletti affilati, e ben forbiti,
(Oh di barbaro cor fierezze eſtreme!)
Da chi più difendiam, ſiamo feriti.

Anco veniam ſpeſſo a le mani inſieme;
Ma nel tirarci poi ſiamo avvertiti,
Che di ſalvar la pelle a ciaſcun preme.

Ruri-

RUricolæ fratres non fœta matris ab alvo
Exſecti exigua in fragmina uterque ſumus.
Æquales ſumus ambo; unum tamen eſſe minorem
Reſpectu alterius fata ſiniſtra volunt.

Venales inter merces mercator in Urbe
Nos, prius abraſa ruſticitate, locat.
Vivere non placuit ſic viliter; inter Ephebos
Eligimus tumidi vivere nobiliter.

Oh hominum feritas, qua non crudelior ulla!
Ingrati oh cordis barbara ſævities!
Nos ille excruciat, gladiiſque laceſſit acutis,
Cui toties tegumen, præſidiumque ſumus.

Nos ipſi alternis fraterna in prælia pugnis
Cungredimur, ſocias conſerimuſque manus;
Attamen intactam ſervare a vulnere pellem,
Par cura utrique eſt, ſollicituſque labor.

DI diverſe nazioni in ampia reggia
Staſſi uno ſtuol de la più dotta gente;
E acciò che li conoſca, e che li veggia,
Stan voltati le ſpalle a chi è preſente.

Diſcorre ognun, nè mormorìo ſi ſente,
Perchè in ſilenzio ſtan ſu la lor ſeggia.
A i più vecchj però ben ſi conſente,
Poſſa dal corpo uſcir qualche coreggia.

Di alcun di queſti il corpo già formato
Venne fuori in più parti. Altri ſi vanta
A la luce più volte eſſer rinato.

Chi ricca d'or, chi rozza veſte ammanta.
Chi ſciolto ſe ne vive, e chi legato.
E quì chi fa mal opera, e chi ſanta.

Omnigenis docti studiis stant Regia in Æde
Adsciti varia de regione viri.
Quemlibet ut videas, et aperto nomine noscas,
Ostendunt oculis posteriora tuis.

Verba omnes faciunt; nec murmur inebriat aures;
Mutus enim proprium quisque sedile tenet.
Qui tamen ex illis graviori ætate senescunt,
Jure queunt aliquam explodere corrigiam.

Sunt alii integro formati corpore: plures
Divisi in partes exiliere foras.
Est quoque fatali qui nondum conditus urna,
Natalem repetit terque, quaterque diem.

Induit hic viles tunicas, ille induit aureas,
Hunc funes religant, funibus ille vacat.
Ille opere in sancto cœlestia Dogmata claudit,
Hic opere in pravo interserit omne nefas.

Fatto bersaglio altrui d'ire inclementi,
Senza riparo alcun, privo d'usbergo,
Espongo a le ferite il petto, e'l tergo,
Di ben cento crudei strali nocenti.

Il petto, e i panni a lacerarmi intenti,
Fansi nel seno mio spietato albergo.
Estremo è il duol, ma tacito sommerge
In silenzio profondo i miei lamenti.

Par che del suo rigor fatta pentita
Quella, che mi ferì, seco si sdegni,
E volga a danni suoi la mano ardita.

Tratti dal corpo mio gli acuti pegni,
Se fere, ed altri a se ferire invita:
Ma fan piaghe mentite i finti sdegni.
Perchè se avvien, che segni
Il suo vivo uno stral con lieve ingiuria,
La mia crudele allora sì che infuria.

Ex alieno agitata æſtu in me vertitur ira,
Me quia nec thorax, peltaque nulla tegit.
Exhibeo nudas ſcapulas, et pectora nuda
Mille ſagittiferis obvia acuminibus.

Hi lacerare mihi quia veſtem, et pectus anhelant,
Hoſpitium in gremio præripuere meo.
Cautus ego ingentes alto premo corde dolores,
Et querulos muto ſupprimo in ore ſonos.

Sed quæ me feriit tandem, compeſcuit iram,
Viſaque ſævitiæ pœnituiſſe ſuæ;
In ſe crudeles animos, rabiemque retorquet,
Et movet audaces in ſua damna manus;

Avulſiſque meo jaculis de corpore, ſponte
Se ferit, abque aliis ut feriatur amat.
Sed mendax acus eſt, et ludit cuſpide inani,
Et vix externas aſperat ira genas.
Crudelis Amaſia pungi
Si vivam tenui ſibi ſentit acumine pellem,
Tunc altis furibunda implet clamoribus Æthram.

D'alto

D' Alto incendio di guerra arde il paeſe.
Io qual Neron con lo ſtrumento al collo,
Da le mie corde ben temprate e teſe
Armonici concenti a l'etra eſtollo.

Che legno più ſonor trattaſſe Apollo
Di queſto, che port' io, non mai s'inteſe.
E chi per man d' altrui del ſuo formollo,
Morto ancor del baſton prova l'offeſe.

Per i campi colà ſonar ſi ſente,
Quando ſi batte, e in tempo di raccolta;
E viene intorno a me, per lui, gran gente.

A due mani il baſton io meno, e molta
Turba ne cade al ſuol, nè ſi riſente;
Chi mi dura a ſeguir, chi'l tergo volta.

BEllica ubique flagrant incendia, pendula collo
Instrumenta gerens, ut Nero, dulce jocor;
Et bene compositis, extensisque ordine chordis,
Extollo harmonicos Æthera ad usque sonos.

Quæ quondam imberbis plectebat Apollo, fuere
Hoc quod ego pulso, plectra sonora minus.
Materiem huic operi cæso qui corpore præstat,
Extinctus baculi verbera sentit adhuc.

Ictibus assiduis resonant campestria longe,
Quando repercussus campus utrinque gemit;
Et quando fatum dispersa recolligit, ad me
Illius admonitu plurima turba fluit.

Jactito utraque manu baculum, confusaque turba
Decidit in terras, nec cecidisse dolet.
Est mea qui valido sequitur vestigia cursu,
Sunt qui præcipiti terga dedere fugæ.

Paf-

PAssiam sopra d'un ponte, il qual sta in piede,
Perchè noi lo reggiam, mentre il passiamo:
E sopra il ponte, e noi passar si vede
Quel, che va sotto l'arco, e asciutte stiamo.

Al passar d'un poggiol, che noi facciamo,
Restiam di quattro in man misere prede,
Quali, acciò che a lor voglie ci accordiamo,
Tali torti ci fan, che niun li crede.

Poscia un vil gobbo a raddoppiarci i guai,
Ci vien sopra arrabbiato in aspra cera;
E nel suo tratto ha de la bestia assai.

Ci dà botte, e sì spesse in tal maniera,
Che fin fuor ne mostriam fra mesti lai
Lacere l'intestina in guisa fiera.

TRansilimus structum nullo fulcimine pontem,
Sed dum transilimus nos sua fulcra sumus.
Nos super, et pontem dein transmeat ille, sub arcu
Qui fluit, at nostræ nil maduere comæ.

Quem nos ccnstruimus Podium transvadimus; at nos
Bis duo prædones ilicet arripiunt.
Utque habeant faciles nos in sua vota, feroces
Sic torquent, ut vix vix sit habenda fides.

Post vilis gibbus nobis superingruit audax,
Atque novo rursus nos sub agone premit.
Est oculos torvus, mores est asper, et hirtus
Cæsariem, oh quantum bestiæ in ore gerit!

Quin etiam assiduo dum nos diverberat ictu,
Non habet ille moram, non habet ille modum:
Nec parcit flagris, nisi quando a corpore tonso
Intestina foras dilacerata fluunt.

DA leggier aſta ben librata e retta,
Un ſottil filo inſidioſo pende,
Che mentre in baſſi chioſtri in giù ſi ſtende,
Al teſo inganno i paſſaggieri aſpetta.

Ha nel fin curvo acciaro, a cui s'appende
Eſca gentil, che'l predatore alletta.
Mentre a guſtarla ei vien, de l'aſta in fretta
La punta in alto s'alza, e quel ſi prende.

Dal ferro adunco, e da quell'eſca illeſo
Rimane in tutto il miſero affamato,
E pure a quell'inſidia ei reſta preſo.

Con dir che queſto è l'amo aveo preteſo
D'aver toſto l'Enimma indovinato;
Ma mi fu detto: non l'avete inteſo.

Subtile exigua ſtat filum penſile ab haſta,
Quæ bene librato pondere dirigitur.
Pendet ad uſque imas terras, ut turba viatrix
Incidat in poſitos, ſit niſi cauta, dolos.

Parte ſub extrema curvum diſtringit acumen,
Quod tegit infeſtis furibus eſca placens.
Fur eſcam lingit: ſaliens tunc altior haſta
Lingentem in tacitis obſerat inſidiis.

Nil eſca læſus, nil læſus acumine ferri
Effugit eſuriens liber, et incolumis;
Attamen hoc intra non extricabile ſeptum
Crudelem remanet captus ad uſque necem.

Vaticinans inquo: Ænigma hoc eſt ſubdolus Hamus,
In mediis piſces quo capiuntur aquis.
Dixit ad hæc quidam melius rerum abdita noſcens:
Falleris, Ænigma hoc ſi ſoluiſſe putas.

DA ſtraniero confin belle guerriere,
Di terſo acciar, di lucid'or guernite,
Eccoci in voſtro pro, donne gradite,
In più ſquadre ſpiegar noſtre bandiere.

Così ſaprem ben noi crude, e ſevere
Sparſe in più poſti, a voſtra guardia ardite,
Di chi intorno a voi ſta, con rie ferite
La licenza frenar, ſe fia meſtiere.

Dato in ſorte a noi fu d'eſſer di quelle
Scelte a ſervir colei, cui'l nome preſta
Diva, a cui manda il Ciel le ſue fiammelle.

Queſta ſpoglia caduca infin che reſta,
Con voi ſtaremo, e ſarem voſtre ancelle
Fin che non averem difetto in teſta.

Et

ET chalibe, et fulvo circumundique fulgidæ in auro,
Bellica ab externis agmina littoribus,
En nostras Aquilas, pulchræ innuptæque Puellæ,
Turmatim in vestrum pandimus auxilium.

Asperæ, et immites in plurima castra locatæ,
Vulnificas pronæ semper ad arma manus,
Nostrum erit ulcisci, longeque repellere, turba
Si vos tentabunt luxuriosa proci.

Providus æterna qui nos extraxit ab urna
Nos vigiles famulas Numinis esse jubet;
Numinis illius, cui grandia nomina Cœlum
Præstat, et accendit millia mille faces.

Quælibet ex nobis, donec mortale superfit
Hoc spolium, vobis assecla semper erit,
Semper et in vestra vobis famulabimur arte,
Si caput infractum a vulnere permaneat.

Con

Con passo grave inusitato e nuovo,
Senza man, con le man passeggio, ed erro.
Spesso tra squadre armato io mi ritrovo,
Tutto da capo a piè d'oro, e di ferro.

Tanta strettezza in me di petto provo,
Che un passo non darei, s'io non differro
L'angustie al seno; e tanto sol vi giovo,
Quanto in punta di piè vò, nè mi atterro.

Quando poi vò girando a la campagna,
Solamente un piè guido, e l'altro resta:
Che inutil son, se a l'altro s'accompagna.

Mentre il cervel mi gira per la testa,
Ch'abbia il giudizio poi ne le calcagna
Ne l'oprar mio, che meraviglia è questa?

PAssibus insuetis, gravibusque perambulo, et erro
Auxilio manuum, nec manus ulla mihi est;
A capite ad talos ferro cataphractus, et auro,
Longam acies inter pertraho sæpe moram.

Pectoris angusti me tardat anhelitus, et ni
Pectora discludam, non bene carpo viam.
Quando pedum solo suffultus acumine curro,
Nec ruo, tunc vobis utilis esse probor.

Exilio quoties rura in campestria, adhæret
Pes unus terræ, circuit alter agros;
Quod si conjungant sese socialiter ambo,
Vernula tunc vestra ad munia ineptus ero.

Dum cerebrum tota capitis regione vagatur,
Atque per obliquas it, remeatque vias,
Si lapsa ratione mihi ad calcanea, tam apte
Injuncto fungar munere, ne stupeas.

Quan-

QUando che mi conviene uſcir di caſa,
Di dietro eſco, e d'avanti a un tempo ſteſſo;
E a quel che ſo là gente è perſuaſa,
Ch'eſca fuori di me, qual matta, ſpeſſo.

Perchè molto ho timor d'eſſer invaſa,
Sopra del dorſo un moriglion mi ho meſſo.
Se tengo poi la teſta ignuda e raſa,
Scuſin l'error de l'ineſperto ſeſſo.

Armata ancora vò di doppia ſmarra;
Ma ad ogni incontro in fodro la ripongo;
Piacendomi così far la bizzarra.

Stommi in caſa racchiuſa un tempo longo,
E'l mio ſtomaco aſſai ſputa, e ſcatarra:
Da l'umido abitar venir ſuppongo.

SI mihi conveniat tecto discedere, eodem
Exeo et anterius, posteriusque gradu.
Quod rationis inops, vel quod sim transfuga sensu,
Qui nova respiciunt hæc mea gesta, putant.

Cum verear sævus mihi ne superingruat hostis,
Meque terat pedibus, sum galeata humeros.
Si sum nuda caput, si sum quoque vertice raso,
Fœminea id nasci de levitate solet.

Distringo geminos enses, sed si obvenit hostis,
Clauditur in caveis ensis uterque suis.
Sic placet in vultu audax, et generosa videri,
Quamvis ima tremor viscera concutiat.

Clausa domi lateo, quo tempore frigida Phœbe
Æthereas complet terque, quaterque vias.
Interea e stomacho mihi rheumata, sputaque manant,
Morbus ab humidula provenit iste domo.

CRed'io per emular il Dio di Delo,
Una attorno girando a passi lenti,
Cinta d'oscuro, e d'umidetto velo
Fregiava il suol di luminosi argenti.

Tacito al suo passar, molli e cadenti
Vidi il dorso le piante, e i fior lo stelo
Piegar umili: e d'innocente gelo
I pascoli smaltar fin a gli armenti.

Copriva a gli occhj altrui d'ammanti neri
Suo bianco seno, e di bei raggi adorno
Il fronte ergea, tra lucidi sentieri.

Or scemava, or cresceva in giro attorno,
Or raccolta appariva. Ed a sì veri
Segni, Suora non è del Dio del giorno?

Fa-

Fœmina Deliaci quædam æmula Numinis, agros
Percurrens lento desidiosa pede,
Nec non humidulo, et denso velamine cincta
Argenti nivea luce colorat humum.

(Plantæ
Dumque movet taciturna gradum, Flos, Gramina,
Substernunt humiles, deciduasque comas,
Innocuoque gelu pingit campestria, et herbas,
Ut magis alliciant pascua læta gregem.

Obnubit niveum nigranti Cyclade pectus,
(Arceat audaces ut pudibunda procos:
Ambitiosa tamen radiorum luce coruscam
Frontem inter rutilas erigit alta vias.

Crescit, decrescit, nunc amplo extenditur orbe,
Nunc sese in tenuem colligit orbiculum.
Hæc ad signa errat, qui Phœben dixerit esse;
Æmula Deliaci at non soror ista Dei?

Certa pubblica femmina si trova,
Che gir con tutti, e accompagnar si vuole.
Ingannato da lei più d'un si duole;
E' scopata, è battuta, e pur che giova?

Sempre è di casa fuor sia notte, o sole:
E vecchia si rassetta, e si rinnova.
Sempre co i fuorusciti si ritrova:
Usa ber molto, e sempre mangiar suole.

Nel fango involta di sua vita impura,
Talor (grazia del Ciel) si muta alquanto,
E buona ne divien, ma poco dura.

Chi seco in praticar, chi s'assicura
Di non cader, benchè sia giusto, e santo?
Troppo lubrico ha il piè mortal natura.

Fœmi-

Fœmina luxurians in publica commoda, vel ſe
Cuique facit comitem, aut aſſecla ſubſequitur.
Illius decepta dolet gens plurima fraude,
Nilque juvat premere hanc calcibus, atque ſcopis.

Noctes, atque dies ſub dio indefenſa quieſcit,
Fit rugoſa ſenex, et juveneſcit adhuc:
Errones inter comes indefeſſa vagatur:
Semper edit, ſemperque inſatiata bibit.

Vitam agit impuram in vitiis: ſi munere Divûm
Excutiat fœdum munda refecta lutum,
Munditics erit illa brevis, tu fidere noli;
Nam cito ad impurum regredietur iter.

Sit licet innocuis, et ſanctis moribus, olli
Quis fidat ſociis paſſibus ire comes,
Nec timeat cæco ruere in declivia lapſu?
Pes hominum heu nimium lubricus eſſe ſolet.

Preſo

PResò ch'io sono, e steso mi tenete,
Subito a un non so che la punta fate,
Con cui qual Polifemo mi acciecate,
Sol per condurmi appunto ove volete.

E mentre così a man mi conducete,
A forza d'urti, e spinte andar mi fate;
E dietro a me venir su mie pedate,
A quei, che m'acciecò sol permettete.

Sia monte, o pian per dove vado, e passo,
Aspro e duro il sentier, o molle sia,
Rilevate sul suol l'orme mie lasso.

Quei, che meco si mosse, per la via
Vien meno, e addietro resta; e pur con passo
Egual vien sempre meco in compagnia.

ME capiunt, nudamque tenent, et acumine facto
Excæcant unum quod mihi lumen erat; (*pto*
Sicque parem reddunt Polyphemo, ut lumine adem-
Ad nutus poſſim ductilis eſſe ſuos.

Dumque manu ducor, crebris impulſibus urgent,
Ut properem celeri, qua via nulla, pede.
Nec me ſubſequitur, niſi qui mihi lumen ademit,
Quas pando, reliquis non licet ire, vias.

Seu montem aſcendam, ſeu plana per æquora curram,
Aut ſcabro, aut molli tramite progrediar,
Alte impreſſa ſolo veſtigia ſpiſſa relinquo,
Tritaque continuam ſignat arena viam.

Qui mecum ſuſcepit iter, longo aëre diſtans
Fit mihi, nam laſſo deficit ille pede;
Attamen excurrit mihi ſemper paſſibus æquis,
Nec ſocius lateri deſinit eſſe meo.

Come

COme vedete, eſſendo io di catene
Da capo a piedi intorno crcondato;
Qual putto aſpetto d'eſſere imboccato
Da chi d'opere pie l'offizio tiene.

Nè cibo a me verun puote eſſer grato,
Se da eſtranio confin per mar non viene.
E sì ingordo ne ſon, che a barche piene,
Sazio non mi direi, ſe non mi è dato.

E ciò per verità non fia ſtupore,
Perchè appena l'ho in corpo, che'l riduce,
Direi in un niente, il natural calore.

Mi compatiſca a man chi mi conduce,
Se talor mando fuor qualche vapore:
Che dal concotto cibo ſi produce.

Ut

Ut patet, innexis circumundique membra catenis
Stipatus summo a vertice ad usque pedes,
Non secus ac puer ore inhians, expecto quod escam
Det mihi muneribus dedita dextra piis.

Nec placitura meis sunt quævis edulia labris
Sint nisi de longis velificata plagis;
Et nisi repletis mihi dent alimonia cymbis,
Longam non poterunt exsaturare famem.

Re tamen inspecta non est mirabile, quod sit
Tam vesana mei gutturis ingluvies.
Quem labris capio, vix ventris fluxit ad ima,
Vitali subito absumitur igne, cibus.

Si quis forte vapor saturo mihi ventre subortus
Perstrepat e stomacho, prosiliatque foras,
Parcat qui refluum in partem me jactat utramque,
Nam vapor a cocto provenit ille cibo.

Vidi preſſo un Caſtello in certo loco
Folta ſelva di tronchi aridi e aſciutti,
Da li cui ſecchi rami a poco a poco
Spuntar maturi, ed in gran copia i frutti.

E notai di natura un ſtrano gioco,
Ch'eran di dentro verminoſi tutti.
E ſu la ſola ſcorza in ſin ridutti
Buoni non eran, ſe non cotti al foco.

Soglion nel fin di Maggio eſſer maturi;
E fanno ſete a chi non gli ha mangiati;
E ſon migliori quanto ſon più duri.

Ma ſe foſſer ſu gli alberi laſciati,
Da alato ſtuol, ch'eſce da luoghi oſcuri,
In ſol paſſar da lor, ſarian guaſtati.

Ad

AD Caſtri muros vidi conſurgere ſylvam;
Nulla virens ſiccis frons erat arboribus.
Vidi ibi maturos ſenſim flaveſcere fructus,
Queis valde gravitans ſurculus omnis erat.

Sed miſeri fructus [quantum oh natura jocatur!]
Sunt putribus pleni viſcera vermiculis;
Exeſique omnes vix ſola pelle reguntur,
Et niſi flamma domet nil bonitatis habent.

Tunc matureſcunt, cum Majus tranſvolat ultro:
Nondum guſtati parturiere ſitim.
Quo mage dureſcit qui contegit ilia cortex,
Tunc eſt grata magis, fertiliorque ſeges.

Si nimis in ramis ſeges incollecta maneret,
Et tarda ad captum ruſtica dextra foret:
Alituum turma obſcuris quæ devolat antris,
Tranſiliens roſtro præpete deſtrueret.

PEr beltà peregrina onusta e grave
Ride il Mar, Grecia freme, Ilio s'atterra;
Da lungi anch'io sopra d'eccelsa nave
Vengo tra più rivali a portar guerra.

Pupille adamantine in se ben ave
Chi d'un volto a i bei rai cieco non erra;
Ma chi resiste al lampeggiar soave
Di queste mie sembianze è un nume in terra.

Anco i più gran Monarchi, e più temuti
(Cotanto ogni mortal mi stima e cole)
Stanno davanti a me pallidi e muti.

Solo ho timor, che un traditor m'invole
Il mio onore; onde esposta a vil rifiuti,
Svergognata mi getti a chi mi vuole.

Per

Per freta dum trahitur pulcherrima Tyndaris,
Ridet, tota fremit Græcia, Troja cadit. (Æquor
Sic ego dum celsa trahor alta per æquora puppe,
Incendo plures invida ad arma procos.

Siquis ad intuitum Veneris non concipit ignem,
Plasmatos oculos en adamante gerit;
Integer, et purus qui subdola sustinet oris
Blandimenta mei, par erit ille Deo.

Ebria amore mei, me tanquam Numen adorat
Turba hominum ad radios obsequiosa meos;
Ipsi etiam Reges, et vultu, et voce timendi,
Pallidi ad aspectum conticuere meum.

Id timeo, ne quis rapto mihi flore pudoris
Furaci in vultus sæviat ungue meos;
Et sic turpatam et nudam integritatis honore
Respuat, et vota ad publica prostituat.

Parte

PArte augello son io, parte son fera,
E un altra cosa è quel, ch'è mio sostegno;
E tal, qual mi descrivo esser mantegno:
Che alcun non mi stimasse una chimera.

In van (credete a me) più d'uno spera
Di trarre a fine qualche suo disegno
Senza l'ajuto mio, che sol mi tegno
Del finger di saper l'arte più vera.

Come Camaleonte e cangio, e velo
Vario l'aspetto mio per simu are:
E l'altrui brutte trame impiastro, e celo.

Mi conviene molt'olio consumare
Per far lume fra l'ombre: e mi querelo
Quando in casa non c'è da macinare.

Sum

Sum Fera, sum Volucris, sed non sum plurimus: is qui
Me regit, est aliud, nec Fera, nec Volucris.
Ut me descripsi, sum naturaliter ortus:
Non me fictitium credite mentis opus.

Ne tibi subjectas sit spes absolvere tramas,
Auxilio quoties destituare meo;
Solus enim novi egregiam simulaminis artem,
Hac nec in arte mihi quis putet esse parem.

Non secus ac varios avis induit una colores,
Sic ego diversas transeo in effigies.
Quæ posuere alii, si sint sub tegmina fœda,
Hæc scio pigmentis reddere pulchra meis.

Oh quantus liquidi diffunditur amnis Olivi,
Ut rutilum pariat discolor umbra jubar!
Quando domi nihil est, quod saxa molaria frangant,
Conqueror, et longa langueo ab esurie.

PEr la Campagna ſto; tu rinvien dove.
Ed a le volte ancor ſo mia dimora
Dove (goffo che ſei) già l'ho detto ora:
E ſe non capi, ecco de l'altre prove.

La madre mia mi partoriſce allora,
Ch'ella è percoſſa, e ſi ricovra altrove:
E quella cruda, che a ciò far ſi move,
Nol farìa, ſe di caſa uſciſſe fuora.

Son quieta io di natura; ma ſe poi
Do ne gli eſtremi, tu cauſa ne dai
Co i motti tuoi ne l'altercar fra noi.

Quali termini uſar teco ſo aſſai.
Buoni amici ſarem, quanto tu vuoi,
Da lontan sì, ma da vicin non mai.

SÆpe ego deliteo vaſtis abſcondita in agris,
Sape alibi: ſub quo vaticinare loco.
Me ſatis explicui, nec adhuc me percipis? Aures
Arrige, nam verbo liberiore loquar.

Cum mea percutitur graviori verbere mater,
Tunc parit, inde aliò transfuga ſe recipit.
Sed violenta meam quæ matrem impellit, et urget,
De lare ſi exiret, non ita ſæva foret.

Pacificos animos mihi lenia Fata dedere,
Et nulla, aut raro me brevis ira movet.
Altum excandeſco, quando contendimus ambo,
Nam rabiem tua dicteria acuta movent.

Qua mecum poſſis ſociali vivere lege
Jam novi, idque tuo pendet ab arbitrio.
Aëre ſi longo diſtes, ero ſemper amica,
Sed propior mihi ſi acceſſeris, hoſtis ero.

PAssando un Vecchio uno strumento suona,
Di forma altrui ben nota, e di più corde.
Scorrendo queste, unisono e concorde
A battute assai lente il suon sprigiona.

Suona ei così per passatempo, e dona
Gusto a le genti, che a sentirlo ingorde
Stan; ma come ciò sia, che al ver s' accorde,
Se ogni corda ivi è muta, e non risuona?

Ad or, ad or in frenesie sì fatte
Entra costui, che nel passar cert'une,
Quando più non vi son, crudo le batte.

E n' ha ragion, poichè fuggendo ratte,
Tutte la notte, e 'l dì vanno importune
Gridando ad alta voce come matte.

Ar-

Artis opus quoddam, fidibusque et imagine notum
Impellit passu prætereunte senex.
Quaslibet excurrit chordas, voxque omnibus una est,
Et lentis modulis quælibet ista strepit.

Sic ciet hic sonitus, ut temporis otia fallat,
Utque avidum vulgus plenius exhilaret.
Quid loquitor? Vero nimis hæc sunt dissona, muta
Non potis est ullum reddere chorda sonum.

Ad certas morulas sic mentem insania vexat,
Ut rationis inops sit miser ille senex.
Quas videt a tergo properas transire puellas
Verberat, at frustra; nam fugiere prius.

Non sine jure tamen sic iram exercet in illas:
Nam quando celeres nocte, dieque ruunt,
Importune altis Æthram clamoribus implent,
Non secus ac furiis si enthea quæque foret.

ESco in campagna, ove bel tempo inviti
A paſcermi, ſe ben niun pro ne ſento.
E in quelli, ove paſſeggio, erboſi liti,
Non mette piede a paſcolare armento.

Come rapace augello a gl' imbanditi
Cibi ſopra m' aggiro, e poi m' avvento.
E nel dar ogni pago a gli appetiti,
D' una ſola ganaſcia mi contento.

Dura ſelce di molli acque ſtillante
Ne porge al labbro mio dolce riſtoro,
Con ſottil fil, che ſcende anco a le piante.

Non han ragion quei, che ſi dan martoro,
Perch' io lor tolga il paſto, ch' han davante:
Che a lor più reſta, quant' io più divoro.

SI me læta dies trahat, in campestria curro
Ut pascar, prodest sed nihil herba mihi.
Fœtaque graminibus quæ rura perambulo, nullo
Armenti bifido pressa fuere pede.

Non secus ac furax volucris circumvolo mensas,
Dein super appositas irruo dente dapes.
Ingluviem cupidi ventris dum repleo, ad esum
Non utor geminis (sufficit una) molis.

Dura oblonga silex stillantibus humida guttis
Dulciter arenti pellit ab ore sitim.
Postquam pulsa sitis, subtili provida filo
Utor, sed filo defluo ad usque pedes.

Si rapio in vastis gratissima fercula quadris,
Nullo jure dolet, qui sibi rapta videt;
Quidquid enim rapui servatur ad illius esum,
Et sua fit furtis pinguior esca meis.

Quan-

QUando ſon vecchj i genitori miei,
Nè alcun di loro a neſſun' uſo è buono,
Allor io naſco, e sì famoſa ſono,
Che pieni i libri ſon de' miei trofei.

S'io manteneſſi d'innocenza il dono,
Così bella, qual ſon, ſempre ſarei;
Ma ſe mia purità macchian gli augei,
Tanto onor me ne vien, ch'io lor perdono.

Speſſo ſon ſottopoſta a l'atra bile;
E ſe l'umor mi paſſa, allor più ſiete
Voi in collera con me per voſtro ſtile.

Bianco non ſia quel, che per me meſcete,
E fate ch'altri, o un'altra a me ſimile
Bevan quello, che avanza a la mia ſete.
Se pur voi non volete,
Quando col tergo a voi ſia che mi volti,
Vedermi far de li ſconcerti molti.

Longa

Longa ætate mei poſtquam ſenuere parentes,
Nilque venuſtatis, nilque vigoris habent,
Naſcor ego: et tanti ſum nominis, ut mea geſta
Materies cunctis ſint ſatis ampla libris.

In me duraret ſi candor originis, ut ſum
Pulchra modo, æternum ſic quoque pulchra forem.
Parco tamen volucri, quæ me turpare ſit auſa,
Nam decus a maculis eſt mihi grande ſuis.

Perniciosa mihi eſt humorum copia; quin ſi
Permeet in tenerum bilis amara jecur,
Ut ſtylus eſt vobis, in me excandeſcitis; et quo
Acrior eſt bilis, vos magis ira movet.

Nil album miſcete mihi: non quærite turbas,
Sed Pupam, quæ ſit ſanguine juncta mihi;
Me ſuper extendat bibulas hæc molliter alas,
Quodque meæ ſupereſt, ebibat illa, ſiti.
Secus ordine nullo
A tergo fierent confusa, et ſordida viſu
Omnia, nilque oculis foret exauribile veſtris.

Vi

VI par che essend' io femmina, stia bene
Farmi a voi per la man tanto girare?
E quel, ch' è peggio poi farmi passare
Per certi luoghi, che dir non conviene?

E mentre il piede mi sento bagnare,
Entrar m' affretto dove ben mi viene.
Ivi (quasi direi) vengo a pagare
Del torto, che fu fattomi, le pene.

Fin quel poco, ch'io mangio, mel levate
Da le labbra; nè l'ultima quest'è
De le tante stranezze, che mi fate.

Nel mio ricovro appena ho posto il piè,
Che a forza ne son tratta; e le mie entrate
Ad ogn' altro servir veggio, che a me.

Cre-

Creditis an liceat quod ego purissima Virgo
Sim toties vestra versa reversa manu?
Quodque nefas magis est, quod sim transire coacta
Per loca, quæ casto non bene in ore sonant?

Dum calcem humidulis frigescere sentio guttis,
Adpropero, brevior qua mihi facta via est.
Pœnam ibi, quam merui dum me manus improba torsit,
[Ausa quasi fueram dicere] sustineo.

Vos etiam agrestes, comedo quas parciter escas,
Non pudet e labris eripuisse meis.
Non tamen e tantis est ista novissima noxis;
Me pejora (eheu) damna timenda manent.

Angusti hospitii subeo penetralia, sed me
Vos subito e foribus turpiter extrahitis.
Quid mihi tot prosunt reditus, si præcoce furto,
Quas ego congessi, surripit alter opes?

A Raccontarvi un caſo il duol mi ſpinge.
Il cibo da un crudel m'è in bocca meſſo;
Ma appena fra le labbra io l'ho, ch'ei ſteſſo
La gola a me con fiero nodo ſtringe.

Anzi a rimetter fuora mi coſtringe
Quel poco, che a le fauci aveo traſmeſſo.
Lo ritorna a tagliar, e in bocca ſpeſſo
Egli ſel mette, e di guſtarlo finge.

Mentre ciò fa ſtaſſene a menſa aſſiſo,
Cui ſopra è un bianco lin diſteſo, e in quello
Vedi in più parti un corpo uman diviſo.

Quell'inuman, di così gran macello,
Per ſuoi diſegni ſcieglie attento e fiſo,
Quel pezzo più gli aggrada, e gli par bello.

Tristia fata loqui cogit dolor improbus. Est qui
In mea non coctas ingerit ora dapes;
Sed vix esca labrum tetigit, mihi guttura nodo
Ipse suis manibus sæviter illaqueat;

Parsque cibi ad fauces si quæ pervenerit, illam
Arripit, et rabido distrahit ungue foras.
Distractam gladio resecat, dein sæpius ori
Admovet, et lingit, mel quasi dulce foret.

Accumbit, peragens hæc horrida munia, mensæ,
Syrmate quam niveo linea mappa tegit.
Sed mappas inter latet abditum inane cadaver,
Singula cui fuerant membra recisa prius.

Barbarus hic lanio explorat vafer omnia frusta
Irrequieto oculo, sollicitaque manu.
Dein partem excerpit, quæ sit pulcherrima visu,
Vel desideriis sit magis apta suis.

TOndo è il vago edifizio, e nel più chiuſo
Grembo di lui, che reſta centro al giro,
Torbido fonte ſcaturir fuor d'uſo,
Da chiaro ſeno, e criſtallino ammiro.

Diſciolto in ſottil vena in giù confuſo
Fra le arene ſi perde; ed io ſoſpiro,
Che rivolto a miei danni, in modo aſtruſo
Sopra la terra mia correr lo miro.

Così movendo a precipizio i paſſi,
Senza che gli argin rompa, e fuor ſormonti,
Empie le valli accumulando ſaſſi.

Nè portento maggior cred'io ſi conti,
Ch'ivi veder da luoghi infimi, e baſſi
Tornarſi in dietro, e ripaſſare i monti.

Pars domus exterior patet amplo spherica gyro,
Intima pars gyro centrica clausa latet.
Ingens prodigium! Puro, et crystallino ab alveo
Effluit impuris turbidus amnis aquis.

Liquitur exilem in venam, et sociatus arenis
Confusas ibi cum nomine perdit aquas.
Sed damno fluit ille meo, et confunditur. Eheu
Unda super terram diffluit illa meam.

Nil super exundans littus, nullo aggere rupto,
Præcipiti cornu læta per arva ruit.
Saxa rotat, cumulosque altos in vallibus imis
Aggregat, atque pares montibus esse facit.

De tot fluminibus, quæ altum volvuntur in æquor,
Huic soli virtus prodigiosa datur:
Ut retro flectens undas, de valle profunda
Refluat in montes, et juga transiliat.

Per

PEr altri foſtenere in terra io cado,
E pure a mano uno mi guida ſeco.
Nè, che s'induca a ciò mi perſuado,
Perchè in creſcer d'età talor m'accieco.

Col più debol, ch'è in me, quando mi vado
In piè reggendo, a voi ſoſtegno arreco
Già mezzi morti; e ſcapito di grado,
S'altri non pari miei conduco meco.

Sovente in me ſon qualità sì felle,
Che rimedio miglior fia per purgarmi,
Ridurmi a ſecca cura in ſu la pelle.

Ma a che pro (dico poi) tanto curarmi?
S'hanno a disfar queſte mie membra anch'elle,
Preſto ſotto l'orror d'oſcuri marmi.

Ut

UT vos ſuſtineam, in terras ego corruo, quamvis
Me regat, et ſecum ducat amica manus. (ptum
Nec reor hoc mihi præſtet opus, quia lumen adem-
Eſt mihi, quando ætas firmior eſſe ſolet.

Dum pede me teneo, quæ pars infirmior in me eſt,
Vos tumulo acclines ſuſtinet et renovat.
Laus mea decreſcit, ſi forte adſciſco ſodales,
Qui mihi non fuerint nobilitate pares.

Sordibus externis ſum ſæpius obrutus: intus
Sum quandoque levi a crimine non vacuus.
Si tamen in ſicca fiat cura arida pelle,
A sorde, atque levi a crimine mundus ero.

Sed quid mundities, quid tot purgamina proſunt?
Si velox corpus deſtruit hora meum,
Atque ſub obſcura ſaxorum mole coactus,
Tritus et exiguus nil niſi pulvis ero.

Per

PEr dar ripoſo altrui, per me non trovo
Nè la notte, nè il dì pace, nè poſa;
E di voi, che cantate, io più pietoſa
Benchè inſenſata a l'altrui duol mi movo.

Perchè nel ſen tal tenerezza provo,
Che ſtar ſalda a le moſſe è per me coſa
Impoſſibile affatto, e fin geloſa
Sto per chi ſi ritrova al Mondo nuovo.

Corteſe ogn'un ricevo, ogn'uno ammetto:
Ma chi accoglio nel ſen, piangendo in vano,
Si trova prigionier fra lacci ſtretto.

Queſto ſuccede (e non vi paja ſtrano)
A chi non ha giudizio; un ch'ha intelletto
Da la pratica mia ſi ſta lontano.

Ut capiant alii lenis blanda otia ſomni,
Nec pax, nec requies nocte dieque mihi eſt.
Vos movet ad cantum pietas, mage provida virtus
Me ſenſu vacuam ad nobiliora movet.

Sic mihi cor tenerum eſt, ut partes flectar in omnes,
Et ſatis ad motus ſit levis aura meos.
Quiſquis ab Orbe novo novus Orbi illabitur hospes,
Eſt ingens animi sollicitudo mei.

Quemlibet excipio expanſis genialiter ulnis
Exceptum tenero læta fovere ſinu;
Sed gremio exceptus, dum ſe inter vincula captum
Sentit, inutilibus fletibus ora rigat.

(Ne tamen inſuetum videatur) id evenit illis,
Qui nihil ingenii, nec rationis habent;
Utitur humanæ qui claro lumine mentis,
Effugit illecebras, blanditiasque meas.

PEr oſcurar d'illuſtre Padre i pregi,
Speſſo ſi vede una malnata figlia.
La faccia ha di color quaſi vermiglia;
Nè queſti in lei ſon di modeſtia fregi.

Al pover genitor, cui non ſomiglia,
Non porta, che roſſori, e che diſpregi.
Anzi moſtra d'aver per privilegi,
Di poterſi mangiar fin chi la figlia.

Da che nacque, fra l'armi ebbe vaghezza
Sempre di ſtar; e benchè imbelle ſia,
Manda in terra di Marte ogni fortezza.

Per queſto il buon Guerrier l'odia, e diſprezza;
E da ſe cerca di mandarla via,
Perchè taccia darebbe a ſua prodezza.

Sæpe

SÆpe ſubexoritur de claro filia lecto,
Quæ patrium obſcurat, turpiter orta, decus.
Eſt quaſi puniceo faciem depicta colore,
Sed non ſunt animi hæc ſigna pudica ſui.

Parturit hæc miſero probra, et ludibria Patri,
Quem tamen in nihilo, more nec ore refert.
Quin etiam proprium ſibi mandere poſſe parentem
Creditur a ſummis obtinuiſſe Diis.

Incipit a primis natalibus ire per enses,
Per peltas, haſtas, ægidaque, et galeas.
Plurima quin etiam munimina bellica Martis,
Sit licet imbellis fœmina, ſternit humo.

Sed validus miles, quem martia gloria tangit,
Hanc intra ſua tentoria non patitur.
Effugat, expellit. Proh quantum inglorius eſſet,
Si foret in caſtris armigera illa ſuis!

Dovunque vado, voi m'accompagnate:
Ma andando sopra il suol orme non segno,
Perchè mi fate andar con modo indegno,
In giù rivolta, e con le piante alzate.

Come fussi una pazza mi legate,
Con darmi spesso per marito un legno.
Io, che madre del mondo esser mi tegno,
Non so perchè così voi mi trattiate.

Là ne la Spagna tengo Regni, e Stati;
Ed a me tocca il castigar più rei
In tutti li Dominj, e Potentati.

Assai de i canti mi diletto; e quei
Ancor che impuri, a me non sono ingrati:
Che ancor son tali i portamenti miei.

Quacumque excurro comites mihi vultis adesse,
Nullaque qua gradior signa relinquo pedum,
Me quia conversis Cœli ad sublimia plantis
Per fora, per notas cogitis ire vias.

Non secus ac stultam vario me fune ligatis,
Et lignum mihi pro conjuge jungit Hymen.
Illa ego, quæ mundi genitrix purissima dicor,
Quo scelere isthæc ludibria promerui?

Dives ubi immensas expandit Iberia terras,
Plurima sunt sceptro subdita regna meo.
Sum scelerum vindex, mihique est punire potestas
In quovis Regno, & quavis in Urbe reos.

Sordida displiceant aliis, ego sordida quæro;
Quæ sunt fœda magis, sunt mihi grata magis.
Semper in impuro vixi; dum vita superstit,
Vivere in impuro mens mihi semper erit.

Non

NOn è il Tonante ſol, che in ſtrana guiſa
Dal capo i Numi partoriſca; anch'io
Dal capo pur ne partoriſco un Dio,
Eſſendo prima in quella parte inciſa.

Nel concepirlo dal dolor conquiſa,
Verſo con occhj aſciutti un pianto rio;
E fin, ch'è tra la veſte il parto mio,
Femmin'è, poi per maſchio ogn'un l'avviſa.

Ma l'umor di coſtui, per dirvi il vero,
Troppo è feroce, e di ſanguigne tempre:
Ma ſe un'Idra ſon io, non ſarà fiero?

Maltrattar queſti, e quel par ſuo meſtiero;
Onde fa d'uopo, ben guardato ſempre,
Tenerlo in cupi fondi prigioniero.
Ma dal carcer ſevero
Tratto a la fin, al comparir de' fiori,
Con voſtro diſpiacer ſe n'eſce fuori.

E Tonso, et fracto cerebro non Pallada solus
Parturit, ex alto qui tonat axe Deus.
Est mihi par virtus, capitis nam pelle resecta,
Proles, quam pario, est inter habenda Deos.

Dum prægnans fio, sic me cura anxia torquet,
Ut fluat ex oculis plurima gutta meis.
Fœtus dum latitat sub veste, est fœmina, primam
Exit ut in lucem, masculus efficitur.

Efferus est animo, et duræ cervicis; in illo
Quin et fundendi sanguinis ardet amor.
Me tamen aspiciens, quia sævam credidit Hydram,
Efferus aspectu desiit esse meo.

Omnibus infensus nunc hos, nunc verberat illos,
Concutit hunc, illum sternit ad usque solum.
Cautum erit in caveis clausum retinere profundis,
Et ne abeat valido claudere vecte fores.
Sed carcere aperto
Vere novo, pictis cum floribus area ridet,
Custode eluso, vobisque dolentibus exit.

Un

UN Giudice (io direi ſul Tebro nato)
Grave d'aſpetto, e nel trattar ſincero,
Per camminar d'Aſtrea dritto il ſentiero,
Da la fortuna ria ſempre è sbalzato.

A i più ſublimi gradi or è innalzato,
Or a i più baſſi il ſuo deſtin ſevero
In giù lo trae; ma quei con core altero
Già l'onte è avvezzo a tollerar del Fato.

Ma nel Mondo chi mai fia, che manegge
D'Aſtrea l'armi sì giuſto? Ogn'un s'inganna,
Di Giudice qualor le parti regge.

Tutti quei, che coſtui (coſa tiranna!)
Chiede a l'eſame, pria contro ogni legge,
Ad eſſer appiccati li condanna.

Maje-

Majeſtate gravis, ſincerus moribus, æquus
Judex ad latias Tybridis ortus aquas,
Hic quia per recta Aſtrææ veſtigia currit,
Fit luſus, calvæ ludibriumque Deæ.

Nunc populi plauſu ad ſublimia tollitur, ima
Ad loca nunc fato deteriore ruit.
Ille animo conſtans dura omnia et ardua vincit,
Jam prius aſſuetus triſtia fata pati.

Quis tamen Aſtrææ gladium ſine crimine ſtringit?
Quis libram inflexam a pondere utrimque regit?
Orbe ſub hoc ſacram qui verſat ut Æacus urnam,
Judicio quoties fallitur ille ſuo?

(Oh portentum ingens feritatis!) Vindice virga
Quos ad judicium barbarus ille vocat,
Suſpendit ligno laqueatos colla, priuſquam
Vel ſciat eſſe bonos, vel ſciat eſſe malos.

BAmbin di latte a chi mi fece in braccio,
Traggo in villa i miei dì, nè alcun m'infeſta.
Poi fatto adulto in abito di ſtraccio,
Piango la ſorte mia con fronte meſta.

Ogn'uno mi maltratta, e mi moleſta,
Mi percote, mi ſpoglia; e che mal faccio?
Quegli mi dà del becco per la teſta,
Lacerandomi al vivo, ed io mi taccio.

Negra, e bianca è mia veſte: e giuſta al grado,
Che a poco a poco l'età mia richiede,
Creſce ella in me quanto creſcendo io vado.

La vecchiezza mi fa [come ſuccede]
Grinzo e lippoſo: e ſe per ſorte cado,
Mai più non poſſo ritornar in piede.

Rure

RUre puer lactens dum pendeo ab ubere matris
Lætos duco dies, et mihi nemo nocet.
Ut tamen excrevi veste n lacer, oraque mœstus,
Illacrymor sortis tristia fata meæ.

Sim licet a culpa vacuus, crudeliter omnes
Me plectunt, chlamydem dilacerantque meam.
Quidam etiam rostro mihi sauciat occiput, usque
Discerptam ad pellem, nec miser indoleo.

Una mihi est vestis nigrique, albique coloris,
Quæ semper membris diffluit æqua meis.
Nam mihi paulatim dum crescit longior ætas,
Par simul ætati crescit et illa meæ.

In multos si vivo dies [fatum omnibus hoc est]
Rugosum, et lippum cana senecta facit.
Stare juvat: si forte cadens delabor ad ima,
Non datur in rectum posse redire pedem.

 Sepol-

SEpolto entro una tomba angusta giace
Distefo un tal, che spira sol rigore;
Ma perch'una il toccò maga d'amore,
S'avviva in quell'avel, nè trova pace.

Molte stanno al sepolcro intorno fuore
Distese a l'ombra: e gira il piè fugace
Ora l'una, ora l'altra, ove una face
Spande sopra quel suol raggi d'orrore.

Sta ritta al suol picciola verga: intanto
Passa veloce Un, che de' Parti a l'uso
Più perseguita noi mentre ci fugge.

Grand'ombra in comparir tutto distrugge.
Quest'apparato, e ne riman deluso
Chi la tomba già aprì per far l'incanto.

Hor-

Horridus aspectu, tenuique extensus in urna
Nescio quis, vita deficiente, jacet.
Vix illum tetigit cantatrix saga, per urnam
Sese, iterum vivax, irrequietus agit.

Ad tumulum patula sunt plures fœminæ in umbra:
Quamlibet ad cursum dixeris alipedem.
Lusibus alternis ab unt, redeuntque, manentque,
Spargit ubi tremulum lurida tæda jubar.

Germinat a terra rectissima virgula, pernix
Interea quidam transilit, atque fugit;
Qui Parthorum instar fugiendo sauciat: immo
Quo magis est velox, est cava plaga magis.

Sed cœli convexa ingens obnubilat umbra,
Hocque opus ad primum desilit usque nihil;
Et quæ detexit tumulum, manesque ciebat,
Carmen inane canens luditur arte sua.

F Uggir dal patrio cielo, appena nato,
Costretto son dal mio destin severo.
E a la patria tornar giammai non spero,
Fin ch' al mondo sarò, fin ch' avrò fiato.

Sto servendo nel mondo a l' uomo ingrato
Senza mercede in più d' un ministero;
Poi s'entro in casa sua, come a straniero,
Ben spesso l'uscio in faccia è a me serrato.

Ond'io infelice peregrino errante,
Girando per campagna, e a la foresta,
Muovo qual folle in quà e in là le piante.

So che v' è chi d'accogliermi s'appresta,
Allor quando vedrà, ch' io sia spirante;
Ma per suo pro, non che pietà sia questa.

Vix

VIx vix exortus patriis de ſedibus exul
Effugio: adverſi ſic voluere Dii.
Nec ſpes ulla mihi ſupereſt, dum vita manebit,
Ad patrios unquam poſſe redire lares.

Nulla mihi eſt merces, vaſto licet obsequar orbi
Sedulus in multo verna miniſterio.
Sed nil gratus homo eſt: ut me videt, oſtia claudit,
Utilitate ſui ne fruar hoſpitii.

Hinc vagus, et profugus, ſylvarumque advena factus
Hac, illac plantas irrequietus ago.
Quod ſi me curſus ferat in deſerta viarum,
Inflatus rabie præcipitanter eo.

Eſt, ſcio, qui poſitum ſummo in diſcrimine vitæ,
Ne meus aufugiat ſpiritus, excipiet.
Excipiet: proprii ſed lucri illectus amore,
Non quod eum pietas urgeat ulla mei.

Torto

TOrto non fan le rustiche mie bende
A lo splendor di mia prosapia altera:
Che de la stirpe mia l'origin vera
Da Altezza Serenissima discende.

Nasce madre mia madre, e 'l latte prende
Da altrui per cibar me mattina e sera.
Le son tolta dal sen, nè si dispera,
Perch'altri fa, che ad altro sen m'appende.

Con chi professa star su la parola
Ho genio. Quel m' inghiotte in un boccone:
Ma a', più resto attraverso de la gola.

Più con voi parlo, o Donne, e con ragione;
Ma non mi date orecchie s' io son sola:
E grata ancor vi son tutta finzione.

Que

Quæ mihi circumdant redimicula rustica frontem,
Non possunt generi dedecus esse meo:
Nam mea progenies cœlo defluxit ab alto,
Atque per innumeros clara refulget avos.

Mecum orta est genitrix, et pro me pabula lactis
Ex alienigenis sorbuit uberibus.
De matris sum rapta sinu, nilque indolet illa,
Nam magis ad molles transeo rapta sinus.

Sunt quibus a propriis lex est non flectere verbis:
Hos colere est votum, deliciumque meum.
Est qui me bolo integram deglutit in uno;
Sed transversa gulæ pluribus immaneo.

Jure loquor vobis, genus o muliebre, sed aures,
Unica si fuero, fœmina nulla dabit.
Vestris sæpe oculis sum ficto subdola vultu,
Et tamen hæc vobis subdola imago placet.

ASsai lunga ſon io, liſcia, e ſottile;
E ſol di poco ferro armo la cima,
Che con l'incude, e induſtrioſa lima,
Traſſe dal fabro ſuo luſtro non vile.

Torna a ferir chi fu trafitto prima
La man, che impugna me rozza, o gentile;
Nè ſi reputa queſto un atto oſtile,
Anzi più toſto d' union ſi ſtima.

Se la perſona prende a maneggiarmi,
Uſa prima coprirſi e petto, e ſchiena:
E contro a chi vuol meglio indrizza l'armi.

Poche paſſate avendo date appena,
Io mi vedo mancare, e trasformarmi
Fra quelle piaghe, e divenir catena.

Subti-

Subtilis, lævis, spectandaque syrmate longo,
E chalybe oblonga cuspide acuta caput.
Incude, et lima industri hoc mihi finxit acumen,
Et decus illustri contulit arte faber.

Nobilis, aut vilis sit quæ me dextera stringit,
Vulneribus renovat vulnera facta novis.
Hæc vero hostilis ne credite signa furoris;
Sunt etenim ingenuæ fœdera amicitiæ.

Dextera bellatrix hæc non capit arma, priusquam
Lorica scapulas contegat, atque sinum;
Impete nec primo sævos irrumpit in hostes:
Quos amat, ante alios ludicra in arma vocat.

Heu me! Dum moveo per aperta hæc vulnera gressus,
Deficio, et superest pars mihi nulla mei,
Inque novam video mutari corpora formam;
Quæ fueram serpens, facta catena fui.

DA barbaro confine amica venni,
Difpenfiera di grazie a voi mortali.
Di dure armata il fen piaftre fatali,
Quali affalti di Marte io non foftenni?

Corre umile al mio piè, pronto a'miei cenni
Quel barbaro, che a voi fa tanti mali.
Ma con tutto il rigor, ch'ho da' natali,
Mai d'ammetterlo al bacio mi ritenni.

Entro fpecchio fedel vi moftro, e addito,
Ch'ombre fono anco i rai del Dio più biondo;
Come i giorni v'invoii il Veglio ardito.

Nel tempeftofo mar di quefto mondo,
Vi tengo dritti al Ciel, vi fcorgo al lito;
Ma mal per voi quand'ho l'accento in fondo.

Longinquis venio fidelis amasia ab oris,
Et fero munifica grandia dona manu.
Ærea fatalis cingit mihi lamina pectus:
Quanta ideo Martis prælia sustinui?

Ille ferox, vobis qui tot mala parturit, ecce
Flexa fronte meos sternitur ante pedes;
Et licet elato sim dura, atque aspera vultu,
Oscula de labris sunt mihi cara suis.

Vos doceo in speculo, quod nigræ turpiter umbræ
Sunt quoque Deliaci lumina pura Dei;
Et quod præcipiti fugientia tempora cursu
Florentes vobis surripuere dies.

Fluctivagi vobis per cæca pericula mundi,
Indubiam ad portum, ad sydera pando viam.
Sed mihi si extremam super adsit virgula caudam,
Eheu vos miseros grandia damna manent!

SE ben par, che le ciglia in me fiſſiate
Con avide pupille a bel diletto:
Altri (lo ſo ben io) non mel negate,
Ch'è de' voſtri deſir l' amato oggetto.

Deh con che inganni mai voi vi laſciate
Rapir da un falſo adulterino aſpetto,
Con farvi ciechi al ver! nè vi penſiate,
Ch'io per rivalità parli a diſpetto.

Senza difetti io pur non mi reputo;
Nè ſdegno, che vi ſia chi mi condanni,
Per tante vanità, ch'ha in me veduto.

E ſe ſon cauſa anch'io de' voſtri danni:
Rientrando in me ſteſſo, avrò creduto,
Preſto farvi avveder de' voſtri inganni.

Esse meo capti quamvis videamini amore,
Fixaque ſint oculis lumina veſtra meis,
Me ſcio deceptum: veſtros trahit alter amores;
Nemo neget, veſtra eſt fictio nota ſatis.

Heu quibus inſidiis vos fallit adultera forma,
Vera tegens falſis lumina luminibus!
Nec facit iratum me ſpretæ injuria formæ,
Nec mihi zelotypus jurgia dictat amor.

Non ego me purum a macula, et ſine crimine jacto:
Quiſque ſuos ducit non ſine labe dies.
Nec fremo ſi cenſor me damnet, et arguat in me
Quidquid fucoſum, et quidquid inane videt.

Si vobis damno fuerim, mecum ipſe revolvo,
Quod mihi mens veſtri non fuit ulla mali.
Mens fuit occultæ velamina tollere fraudi,
Quæ ſolet humanum fallere tecta genus.

Molto

MOlt'egli oprò col piede, e con la mano
Quei, che mi fece a caſo no, ma a poſta.
E in certo tempo appunto io fui compoſta,
Che ſi trovò tutto bucato il grano.

Perciò ſi fece dal Popol Criſtiano
Lunga Proceſſion, e ben diſpoſta.
N' andava in quella in filo a coſta a coſta,
Dietro una Croce un ordine pian piano.

Niun da me, ſia chi ſia, merta aver bene,
Se non quando m'inquieta, e mi moleſta,
Se in concetto di pia punto mi tiene.

Mortificata vò, china, e modeſta,
Cinta i membri di lacci, e di catene;
Ma non mi vuol così chi vuolmi in teſta.

Pertu-

PErtulit oh quantum pedibus, manibusque laboris.
Qui formam mihi non forte, fed arte dedit!
Exiguis quando forulis terebrata fuere
Grana, mihi primum tunc faber esse dedit.

Propterea demissi oculos, et corde dolentes
Longo incesserunt ordine Christicolæ.
Crux aliis præerat: juncti simul ordine pulchro
Quisque suum tacitus perficiebat iter.

Qui me importunus deturbat, volvit, et urget,
Ille meis gaudet, perfruiturque bonis.
Hos olli parit indefessa molestia fructus,
Si tamen insignem me pietate sciat.

Carpo viam pudibunda oculos, et cernua frontem,
Vinclis, et laqueis undique cincta latus;
Sed quicumque suam vult circumcingere frontem,
Me textam forma nobiliore cupit.

SI mettete pur giù del bianco e rosso
A vostro gusto: ecco i bicchieri pronti.
Ma voi mescete a goccie; io dir vi posso,
Che non è vino, onde temiate affronti.

Votate ben; nè occor, ch'io vi racconti,
Che in fondo del bicchier sta'l buono, e 'l grosso.
A la tavola poi faremo i conti,
A la minuta vogliasi, o a l'ingrosso.

A mescolar l'un l'altro, io dir vi vo,
Che fa male, e lo fa chi intende il gioco;
E molti ho visto renderlo, e chi no.

Ma di quel, ch'entra nel bicchier, se un poco
V'entrasse in corpo, vi faria mal pro,
Quando avesse però preso di foco.

Eja

EJa age funde merum nigrique, albique coloris
Ut placet: en duo carchesia aperta patent.
Cur tremulus misces guttatim? Numina testor,
Quod nihil hoc vinum, quod timeatur, habet.

Extremis cyathi generosior haustus adhæret:
Funde altum: votis congruit ille tuis.
Postea in exposita numerabimus omnia quadra,
Sive minutatim, seu breviore modo.

Damnosum tamen est mixtim confundere utrumque:
Qui ludi fraudes noverit, ille sciet.
Vidi ego non paucos acceptum reddere; sed qui
Sunt duri cordis reddere sæpe negant.

De fluxu in cyathum si pars levis una cadendo
Te tangat, tuaque ad viscera perveniat,
Væh tibi, præcipue si attracto ferveat igne;
Tunc socium flammæ te facit esse suæ.

QUando quella, ch'or ſono, ancor non ero,
Vagando per il mondo un pezzo andai;
E quanto un portò me, tant'io 'l portai:
E per l'incarco mio fu più leggiero.

Da la gola ferita in modo fiero
Mi fu tratta la lingua; e mi trovai
Per non tacere, e per parlare aſſai,
Gettata in un pantan profondo e nero.

Chi me ne trae, quando il mio fral più langue,
Speſſo il torna a piagar, tanto rubella
Ha voglia di veder ſparſo il mio ſangue.

E tanto le ferite rinnovella,
Che ſu gli ſcorci di mia vita, eſangue
Perdo il moto del polſo, e la favella.

Quan-

QUando non fueram quæ sum modo facta, vaga-
Errabunda cito per loca cuncta pede. (bar
Dumque illum veherem, qui me per inane vehebat,
Ille meo levior pondere factus erat.

Sunt mihi, qui dirō secuerunt guttura ferro,
Et per vulnus atrox eruta lingua fuit.
Et quia nil taceo, et nimiis sum garrula verbis,
In nigro condor semisepulta luto.

Siquis semianimem me forte extraxerit, heu sum
Vulneribus rursum saucia facta novis.
Arenti sic ore meum sitit ille cruorem,
Atque meis ardet lætior esse malis.

Et sic me toties repetito persecat ictu,
Donec pars juguli sit mihi nulla mei.
Hinc nullum venæ salientis sentio pulsum,
Eruta nec voces reddere lingua potest.

Fin

FIn che l'anima alberghi in questa spoglia,
Mi disse nostr' Adam, che averò bene.
Intanto sempre star, de gli altri a voglia,
Fra parti, e gravidanze mi conviene.

Se al fianco son tagliata, ond'altri accoglia
I pegni, ch' ho nel seno, o che gran pene!
Ma spesso più de gli altri, affanno e doglia
La levatrice mano a provar viene.

Ammetto ogn'un con trattamento eguale,
Sian nobili, o plebei: nè ho più rispetto
A chi ne l'arme, o in lettere più vale.

L'ultimo mio fin poi, per dar ricetto
A chi cagion nel mondo è di gran male,
E' il vedermi da un laccio il collo stretto.

Lan-

L Anguidulos donec mihi spiritus imbuat artus,
Quod maneant bona me plurima: dixit Adam.
Interea ad nutum alterius mihi convenit esse,
Vel pariens actu, vel paritura brevi.

Heu quæ pœna mihi, si sim prope crura resecta,
Et sobolem excipiat dextra aliena meam!
Sæpe tamen pœnas graviores dextra levatrix
Non fugit, et longo cannabe torta luit.

Sit vilis, sit inops, sit claro a stipite dives,
Corde pari, et vultu quemlibet excipio.
Hic studio emineat, sit bello clarior alter,
Obsequio numquam dispare utrumque colo.

Hospitio excepi (en mea fata novissima) sontes,
Qui toties turpis causa fuere mali.
Propterea vindex Dominus mihi guttura stringit
Cannabe vitales impediente vias.

Vaga

VAga figlia del ſuol oſtro ridente
Spiega tra verdi fronde, e 'l crine indora;
E quanto più s'avanza il Sol naſcente,
Il picciol capo ſuo tinge e colora.

Più donzelle al mattin vegg'io ſovente,
Quand'eſce da le faſce, e ſpunta fuora,
Le mani e'l grembo a ricolmarne intente,
Coglierla aperta, o troppo chiuſa ancora.

Ma ſe colta non è pria che non lieve
La tocchi il Sol, ſul gambo egra languendo
Ne cade al ſuol, fatta a ſe ſteſſa greve.

Così mentre ſi sface, e va perdendo
Tutto il vago in un giorno, io così breve
Eſſer brio di beltà del pari apprendo.
Grato odor va ſpargendo
La Roſa ancor che eſtinta: ahimè ma queſta
Col cadavere ſuo fin l'aure appeſta.

Fron-

FRondosa in sylva ridenti fulgurat ostro,
Auricolor crines, filia pulchra soli;
Et super eoas quo Sol est altior undas,
Vividior flavas purpurat illa comas.

Turba puellaris sub primi lumina Solis
Exilit a tectis irrequieta suis; (certant,
Utque manum, et gremium repleant, hanc carpere
Vel sit clausa nimis, vel sit aperta satis.

Quod si pigra manus non colligat, igne priusquam
Fervidiore Deus luminis hanc feriat,
Facta sibi gravior, languens in cespite, tandem
In terram proprio a pondere flexa cadit.

Muricis ut video quod pompa evanuit, et quod
Una non potuit luxuriare die,
Humanæ agnosco, et plango infortunia formæ,
Cui Deus, et fastum surripit una dies.
E cespite vulsa
Decolor, et sicco Rosa flore suaviter halat:
Aëra pestifero putris hæc corrumpit odore.

CHi mai per avventura altra rimira
Più misera di me sotto del Sole?
L'amante mio, che vero ben mi vuole,
Quanto soffre per me, quanto sospira!

Fatta sua, nè con fatti o con parole
Sendo offeso da me, meco s'adira:
Spietato mi bastona, e niente mira
Che grave ho'l sen di numerosa prole.

Figlj nati a gli strazj, udite avvisi;
Voi vivi sotterrati un dì sarete:
Altri a furia di pietre oppressi, e uccisi.

Avereste ben voi sorti più liete,
Se foste in verde età colti, e recisi
Da la crudel, che in pochi dì ci miete:
E a le belve indiscrete
Dati barbaramente in pasto, e in preda,
Pria che serbati a tanto duol vi veda.

Par

Par mihi in ærumnis quæ sub Sole altera visa est?
Quæ visa adversos sic habuisse Deos?
Suspirat, sudat, qui me ardet Amasius, et quo
Uritur, est verax et genialis amor.

Sed vix me potitur, crudeli in me furit ira,
Nec verbo, aut factis id meruisse scio.
Me dire baculis cædit, nec respicit alvum,
Quæ mihi multiplici prole tumescit adhuc.

Audite, infelix soboles, quæ tristia vobis
Venturi mater præscia vaticinor:
Alter adhuc vivens sub humo tumulabitur, alter
Sub lapidum immani grandine cæsus erit.

Fulsissent vobis meliori sidera luce,
Si quæ mortales falcifera atra metit,
Vos teneros primo viridantes flore juventæ
Sæviter a patriis eripuisset agris,
Et ad ora ferarum
Jecisset rabido laniandos dente, priusquam
Vos ego servatos ad tam horrida fata viderem.

PEr venire a la luce in queſto mondo,
Con l'anima ne l'acqua il corpo ingroſſo.
Poco di magro è in me; del reſto abbondo
Di graſſezza, che in piede io ſtar non poſſo.

Poſta che ſono in tavola, m'è addoſſo
Uno per divorarmi entro il mio tondo.
E perchè m'ha ſenza la pelle, e l'oſſo,
Par che ſi ſtudii di vederne il fondo.

Mentre fa queſto, ſordidi e fetenti
Entro cavo metal v'è chi raccoglie
I di lui ſopra me tetri eſcrementi.

Nè mancheriano in lui l'acceſe voglie
Di finirmi; ma deſtro un de' viventi,
Con la bocca o la man di vita il toglie.

In

IN lucem ut veniam, mihi corpus adaugeo in undis,
Spiritus in mediis fit quoque craſſus aquis.
Pingue mihi corpus gravitat pinguedine tanta,
Ut nequeam recto ſtare, nec ire pede.

Vix menſæ accumbo, quidam ſuper ingruus adſtat,
Meque vorare meo quærit in orbiculo:
Et quia deficiunt mihi vivida pellis et oſſa,
Anxius eſt fundum mandere poſſe meum.

Me ſuper interea graveolentia plurima fundit
Stercora candori pernicioſa meo;
Sed pietate mei quidam excitus hoc putre cœnum,
Ne me deturpet, condit in ære cavo.

Accenſa magis ille tamen me abſumeret ira,
Ni dexter ſubitam ferret amicus opem:
Vi manuum huic vitam, aut oris ſufflamine tollit:
Sic ſupereſt orbi pars brevis una meo.

Stando

STando tutta applicata a cofa pia,
Uno paffando m' urta, ed io mi volto,
E quello fugge; indi per altra via
Torna di nuovo, e mi fchiaffeggia il volto.

Con dar coftui tai fegni di follìa,
Per leggier io lo fcufo, e per iftolto.
E fe in girar tenuta fon per fpìa,
Da i mondani tal fcherno in pace afcolto.

Che contrafti mi fan, che guerra atroce
Invifibili fpiriti rubelli
Con ftrapazzi di fpinte, e con la voce!

Ma nemici sì iniqui io rendo imbelli,
Poi che armata del fegno de la Croce,
Sto forte, e urlando fe ne fuggon quelli.

SAcro operi incumbo: me quidam a tergore pulſat:
Reſpicio: celeri tranſvolat ille pede;
Parte ſed ex alia redit, et mihi percutit ora,
Unde meæ a colaphis ſubrubuere genæ.

Eſt ſimplex, levis, et ſine mente: excuſo libenter
Crimina ſtultitiæ qualiacumque ſuæ.
Exploratricem (ſed video jurgia vulgi)
Me quia circumago, turba profana vocat.

Quot non viſæ animæ cœli per inane volantes
Dura mihi opponunt, quot fera bella movent?
Nunc hac, nunc illac variis impulſibus urgent,
Et modo terrifico perſtrepuere ſono.

Nil tamen hos Lemures timeo: cœlo auſpice, bella
Suſtineo immoto qualiacumque pede. (*ras*
Quin crucis ad ſignum exululant, fugiuntque per au-
Et tandem æquoreis contumulantur aquis.

DI qual figura io ſia, non ben ſi crede,
Che Euclide il rinveniſſe, o la ſua ſetta.
Fuori ſon ampia, e in voſtra man ſon ſtretta;
E dentro ſon come al di fuor ſi vede.

Tanto più al tatto il padre mio non cede,
Quanto molle e paſtoſa io ſon concetta;
E benchè ogn'un ad ingraſſar mi metta,
Quanto entra nel mio ſen toſto rivede.

De le Belidi io ſola in modo accorto
Vinco le prove, e ſuperior rimango:
Che quel, ch'eſſe portar non ponno, io porto.

Ma più toſto perchè io non compiango
Lor ſciagura? ſe anch'io neſſun conforto
Ho in queſte glorie, e fra le palme io piango?

Non

Non docto Euclidi, nec centum Euclidis alumnis
Nota figura mei corporis esse potest.
Intus, et exterius par est mihi forma: coarctor
In vestra, quamvis sim foris ampla, manu.

Filia sum mollis, sed duro nata Parente:
Quo mage mollis ego, durus et ille magis.
Ut pinguis fiam multa superimbuor esca,
Ebibita e stomacho sed fluit esca meo.

Progenitas Danai supero in luctamine: sola
Possum ego, quod centum non potuere manus;
Non quia vulnificis manibus sim fortior: usu
Sed quia cribrorum sum ingeniosa magis.

Sed quid ego imprudens jacto tot inania? Debent
Materies lacrymis Belides esse meis.
Quæ mihi laus superare hostes, palmasque referre,
Si palmas inter fletibus ora rigo?

STretto in dure ritorte io ſon tenuto;
E d'un crudo a i martir pena non ſento,
Mercè che a le ſue man non ſono irſuto:
Che eſſendo tal, troppo averei tormento.

Se ne l'offizio mio ſono un po' lento,
Mi tirano gli orecchj, e ſon battuto;
Onde venir fra loro a mal cimento.
Molti, per mia cagion, ſpeſſo ho veduto.

Io però, ſe al dover m'ho d'accordare,
Come già ſi ſuol dir, meco biſogna,
Un colpo al cerchio, uno a la botte dare.

Dove ebbi ſpeſſo guidaleſchi, e rogna,
La marcia tuttavia ſeguito a fare:
Anco la madre mia fu una carogna.

Funi.

Funibus, et loris quidam me stringit, et angit;
Sævities tamen hæc est mihi pœna levis.
Nam villis abrasa cutis nihil aspera tactu est:
Si foret hirta, gravis tunc mihi pœna foret.

Injunctum munus si tardius exequor, aures
Mi torquent digitis, tergaque fusta premunt.
Causa ego sæpe fui, quod plurima turba ruentes
In se se rubidas conseruere manus.

Si discors fuerim, ut mea sit sententia concors;
Id complere juvat, quod bene vulgus ait:
Scilicet alterno circos, et dolia pulsu
Hinc, illinc crebris tundere verberibus.

Pustula siqua mihi, aut sanies laceraverat artus,
Stillat adhuc sanies, pustula fœtet adhuc.
Nec mirum: vitam materno a sanguine traxi,
Et quæ me peperit fœda putredo fuit.

Io ve la voglio dir sì chiaramente,
Che a mio giudizio, e ſenza dubbio ſtimo,
Che, ſe la voſtra accorta e ſaggia mente
Ne piglia il verſo, l'indovina al primo.

Per voſtra intelligenza io più m'eſprimo.
Queſta vili principj ebbe naſcente:
Sue voglie poi, da queſto baſſo ed imo,
Tutte ebbe al Ciel a ſollevarſi, intente.

E per trovar ne l'alto anch'ella ſede
Abbandonando il ſuol ù nacque pria,
A vario Ciel peregrinar ſi vede.

Fra mille riſchi una difficil via
E' ver, che tiene; ella però procede,
Come il ſuo ſpirto, e 'l direttor l'invia.

Velum

VElum contecto mihi mens est tollere ab ore,
Et sic distinctis edere verba sonis,
Ut vestra ad primum solers prudentia carmen,
Esse suum claro detegat intuitu.

Clarius ut vobis, quæ sunt abscondita, pandam,
Illius in campis rustica origo fuit;
Sed vilem pertæsa locum ad sublimia Cœli
Scandere, prima animi vota fuere sui.

Nec mora: ut optatam capiat sibi in æthere sedem,
Amovet a propria rusticitate pedem;
Diversasque vias vario sub sidere carpit,
Et vaga per varias advena currit aquas.

Mille per anfractus, per cæca pericula mille,
Inflata semper mente superba volat;
Sed petit ad nullas, nisi spiritus urgeat, oras,
Et nisi signatum linea monstret iter.

Con

Con un pezzo di panno mi coprite,
Quasi per non veder quel, che mi fate;
Quindi a la cieca a replicar ferite
Di taglio sopra me fretta vi date.

O di par con la man luci spietate!
Quella le piaghe fa: voi non finite
D'esser paghe di lei, se non mirate
Da le mie vene uscir stille infinite.

Con modo tanto barbaro, e indiscreto,
E con violenza so, che pretendete
Trar fuor dal labbro mio quel, ch'è secreto.

Caverete da me quel, che chiedete;
Non so però, se con successo lieto,
E sempre utile a voi lo proverete.

Cur

Cur me panniculi velatis segmine? Forsan
Quod crudele agitis, ne videatis opus?
Hinc tenebras inter repetitis ictibus ardet
Quisque meum ferro vulnificare latus.

Crudeles oculi! Crudelis dextera! Costas
Ista meas crebro vulnere dilacerat:
Vos hilari intuitu stillarum millia mille
Corpore de lacero erumpere conspicitis.

Quo fera sævities? Quo trux violentia? Quid me
Tam crebro, et tantis excruciare modis?
Vestros nosco dolos: quæ sunt abscondita cordis,
Quæritis e labris elicuisse meis.

Obsequar, et tandem mihi corde recondita promam,
Nam vobis facilem me jubet esse dolor;
Id tamen eveniet non semper sidere fausto,
Nec semper vestris utile rebus erit.

Fisso

Fiſſo a gli ſtudj ſuoi ſotto al ſuo tetto
Un d'acuto cervel ſtarſene ſuole.
Tutto è applicato in ſu l'eterea mole
A contemplar qualche celeſte aſpetto.

Perchè de gli Aſtri in quel ſeren ricetto
Quel che paſſa, al mortal riferir vuole,
Con brevi cifre, e poche righe ſole,
Dì per dì ſpiega in bianco il ſuo concetto.

Più ſcrive a lungo in ſul mattino, e quando
Il lume va perdendo; e in quel, che ſcrive,
Speſſo la viſta un vel gli va turbando.

Sono l'ombre notturne a lui nocive;
E gode ſe a gli orrori il dì dà bando;
E ſe non è tra l'ombre, egli non vive.

Aſſi-

Affixus studiis vir mentis acumine clarus
Sub proprio tecto nocte, dieque manet:
Impavidisque oculis sublimia fertur in astra,
Explorans quo se lumine respiciant.

Et quia sidereos cursus, seriemque dierum
Vult homini verbis posse referre suis,
Lineolis, brevibusque notis describit in albo,
Quod referat menti quælibet hora suæ.

Sol quando æquoreis surgit, vel mergitur undis,
Scriptura in folio longior esse solet.
Dum calamum movet, opposito velamine clarum
Umbra superveniens tollere visa jubar.

Nox illi densis nocet importuna tenebris,
Et juvat Eoo cum redit amne dies;
Sed si nigrantes inter non ambulet umbras,
A nimio cæcus lumine præmoritur.

SIgnor Fisico mio d'ecco il mio male;
Lo stomaco ben spesso ho sconcertato:
Mi gonfia il corpo; ed un effetto tale
L'ho da ventosità, che spesso pato.

Vomito spesso, ed il gran ber non vale
Per estinguer in me certo salato.
Veda Vossignoria ne l'orinale
Quante renelle poi fuori ho gettato.

Riposo poco; e son tanto iracondo,
Che per cosa leggier m'altero, e grido,
Entrando in furie le maggior del mondo.

Ho un altro occulto mal, che a lei confido:
Assai son io lunatico: e secondo
L'umor mi monta, anco la gente uccido.

Tam

PÆon ecce malum, quo torqueor acriter: ægro
In ſtomacho humores inter utrumque fremunt.
Intumeo ventrem, quia clauſi in corpore venti
Tentata nequeunt exiliiſſe via.

Sæpe etiam revomo: biberem ſi flumina mille
Ingenitum nunquam tolleret unda ſalem.
Explora ſcaphium, ſubitoque tuebere, quanta
Effluat e venis parvula arena meis.

Non mihi longa quies: me cauſa leviſſima ad iram
Provocat, atque acres excitat ad furias.
Perſtrepo, ſubſulto, mugitibus impleo terras:
Non puto ſic ſtygii mugiat unda lacus.

Arcanum depono malum tibi in aure tacendum:
Exagitat mentem menſtrua Luna meam,
Et quando inſuetam ferventius ardeo in iram
Innumeras gentes eneco ad ingluviem.

E' Un miracol del Ciel, ch'io ſia più vivo:
Tanto mi ſtrazia una mal nata gente.
Mi vorrebbon veder di vita privo,
Per farmi quel, che fanno a un mio parente.

Se non ſon morto a le lor man., l'aſcrivo
L'eſſer io nato Nume immortalmente.
Da terra ond'è che a ſollevarmi arrivo
In nubi tra ſplendori al Ciel ſovente.

Star frà le ſfere mie m'ingegno, e godo;
E fuor di quelle (ſe non m'è impedito)
Veder non mi potete in altro modo.

Da mal ricorſi a me molti ho guarito.
Non m'intendete? Di cervel più ſodo
Anch'altri intorno a me ſpeſſo è impazzito.

Quod

QUod sim vivus adhuc, Cœli est mirabile donum:
Sic me gens pravo sidere nata premit.
Me cupit extinctum, exanimes ut torqueat artus,
Torquet uti agnati corpus inane mei.

Non valuere manus rabidæ mihi tollere vitam,
Æterno quia sum de Jove Patre satus.
Hinc trahor a terra in Cœli sublimia, nubes
Fumigeras inter, sidereumque jubar.

Orbiculos inter sphærarum habitare laboro,
Et placet hoc solo delituisse loco.
Quod si nulla meis se opponant Numina votis,
Me nisi in orbiculis nemo videre potest.

Sum celebris Medicus, multisque salutifer ægris,
Nescitis de quo sint mea verba malo?
Si sana quis mente valet (res digna cachinno)
Fit demens nimio captus amore mei.

SE dolce ſon nel tratto, ed a la mano,
   Come per buon da nulla mi tenete:
   E s'anco mi rivolto in qualche ſtrano
   Incontro, più che mai mal mi volete.

Con chi vive, e morì s'empio e inumano
   Mi rendo: la cagion voi ſteſſi ſiete;
   T' abbiamo anco a veder a mano a mano
   Tra le forche calar, poi mi direte.

E fin da che nel mondo io mi ritrovo,
   Quella volubil ria co' ſuoi raggiri,
   Quanti ſtrazj m' ha fatti, e fa di nuovo?

Ma, ſe ſa, la crudel meco s' adiri,
   Che più mi raſſerena, allor ch' io trovo
   Chi due lagrime verſa a' miei martiri.

Si

SI tactu, et labris leviter sim dulcis, ineptus
Quilibet officio me putat esse suo.
In vos incautus si forte retorqueo dentes,
Me subito irato sub pede conteritis.

Si vita functis, si sum viventibus atrox,
Vos estis tanti causa, et origo mali.
Et tamen hoc crimen mihi quilibet imputat; et quod
Præpropere in furcas sim ruiturus ait.

Vix primæva puer traxi natalia, cum me
Illa volubilibus, quæ sedet alta rotis,
Allisum saxo varios me torsit in orbes;
Inque dies hodie barbara torquet adhuc.

Arbitrio tamen illa suo excandescat in iras.
Sitque in tormentis inexquisita [illegible]
Induo ridentes vultus, frontemque [illegible],
Si fluat in pœnas lacryma amica [illegible];

Porta

Porta gravido il ſen di alata prole;
Sotto barbaro Ciel Una, ch'è nata;
E 'l ventre alleggerendo, ond' è colmata,
De' ſuoi parti ha le pene altri, e ſi duole.

Appena di quei figlj ell' è ſgravata,
Ch'altri forzato andarne carco ſuole;
Ma perchè nemmen ei tener li vuole,
Li diſcaccia da ſe con mano irata.

Madre crudel! che ne pur uno appreſſo
Cura di ritener, anzi che queſti
Tutti nel ſen gli ha avvelenati ſpeſſo.

E brama (ancor che non le ſian moleſti)
Faccian dal ſuo ne l'altrui corpo ingreſſo,
E ſenza a lei tornar ciaſcun vi reſti.

Multi-

Multiplici aligera prægnans de prole tumescit
Opposito quædam sub Jove nata parens.
Parturiens nihil ista dolet, quia cogitur alter
Ferre puerperii tristia signa sui.

Vixque aliquo emisso fœtu se degravat, alter
Pignore transfuso cogitur ire gravis;
Sed dedignatus spurio se pondere onustum,
Longiter a proprio rejicit ille sinu.

Impia nec Mater pupulis de millibus unum
Servat, ut in gremio nutriat ipsa suo.
Quin prius a gremio quam quilibet exerat alas,
Infundit teneris nigra venena labris.

Et quamvis soboles sit nulla molestia Matri,
Impia adhuc sobolem nescit amare parens;
Quin aliena cupit, quod migret in ilia, ibique
Hæreat in Matris non reditura sinum.

VO fcommetter con voi quel, che volete,
Che quefto Enimma non indovinate.
Per far generazion fol mi tenete,
Che per altro di me conto non fate.

Se fotto ad altri l'ova mie ponete,
Con l'ajuto de l'ali o qual cavate
Util maggior! nè gettar via dovete,
Se trà gli ovi qualch' un rotto trovate.

Ponermi prima, o poi, cofa è da infano
Riguardo non aver; da quefto il frutto
Dipende affatto, o 'l negoziare in vano.

Son ritratto di quel, da cui produtto,
Con modi ignoti a l'intelletto umano,
In pochi dì fu l'Univerfo tutto.

Spon-

SPonsor ego, quodcumque velis spondere paratus,
Quod clare Ænigma hoc solvere nemo valet.
Amplior ut crescat tua, me genitore, propago,
Me servas, aliter nil tibi cura mei.

Alterius gremio mea si submiseris ova,
Proh quantum lucri pennigera ala parit!
Ovaque si invenias, quæ fors sint, cortice rupto,
Non sunt incauta projicienda manu.

Quin cave ne casu ponas me postea, & ante:
Stultum est haud apto me posuisse loco.
Ordine ab hoc pendet dignoscere, futilis an sit
Merx tibi, an exsudes mercibus utiliter.

An nescis fuerint quæ prima exordia Mundi?
Attenta in formam lumina verte meam;
Illius siquidem, de quo fuit erutus Orbis,
Semper imago fui vivida, semper ero.

LO ſtarmi in Caſa voſtra ad ingraſſare
Polli, ed altri Animai tutto è il mio ſpaſſo.
Eſſendo io così illuſtre, è ver, ch' è baſſo
E troppo impiego vil, ma ch' ho da fare?

Non traſcuro però farmi fruttare
Tal offizio: onde anch' io tirar mi laſſo
Per la gola: e ſo sì, che del più graſſo,
E più gentil boccon m' abbia a toccare.

Ma nulla in mia ſoſtanza ſi converte,
Perchè di bocca m' eſce a labbra ſtrette
Quanto v' entrò, quando l' avevo aperte.

E pur di quanto dentro mi ſi mette,
Il più ripaſſo fuor per vie coperte;
Chi a ciò m' ajuta, poi le man ſi nette.

Ædi-

ÆDibus in vestris Pullis præbere Saginam
Altilibusque aliis est mihi delicium.
Est, scio, vile quidem, patrio nec congruum honori
Munus; sed quid ego? Sic mea fata volunt.

Enitor tamen, ista mihi sint munia lucro,
Nam trahor hinc illinc captus amore gulæ.
Quod sapidum magis est, mihi deligo; pinguior esca
Dentibus eligitur victima prima meis.

Sed mihi quid prodest? Mage me jejunia torquent,
Cum magis ad dentes affluit esca meos.
Quidquid enim capio, et labris exhaurio apertis,
Ex oris septo per labra clausa fugit.

Quandoque expurgo per operta canalia ventrem,
Expellens quæ me fercula cruda gravant.
Qui mihi præstat opem, puteos, fontesque requirat,
Et puro spurcas abluat amne manus.

Toc-

Toccate pur senza temer d' offesa
Questa già cruda, or mansueta fera.
Pur vi trema la man: ma in braccio presa
Vi sarà di delizia e giorno, e sera.

Con l'unghie, che nasconde in doppia schiera,
Unqua non fora a' vostri danni intesa.
Anzi contro d' un Crudo a la difesa
Vostra, quando v' assal, sarà primiera.

Depose già sua natural fierezza,
Da che [lasciando l'alimento usato]
Fu il ventre a empire di pelati avvezza.

Tramanda il cibo in sen da doppio lato:
Di tratto in tratto poi con gentilezza,
Vivo vivo, onde entrò, le è fuor cavato.

Bel-

Bellua sæva olim, nunc est placidissima: blandâ
Tu palpare manu, nil feritatis habet.
Quid trepidas? Propriis quoties exceperis ulnis,
Hæc erit illicium, deliciumque tuum.

Ordine dispositi gemino, quos occulit, ungues
Non sunt in mortem castra parata tuam.
Quin si crudelis te desuper ingruat hostis,
Hæc erit auxilio, præsidioque tibi.

Trux olim fuit ora, rudesque asperrima mores,
Dum fuit agresti viliter usa cibo.
Posteaquam cœpit villis obducere ventrem,
Desiit esse ferox, desiit esse rudis.

Ore ab utroque dapes in apertam congerit alvum,
Sed nullo ingestum reddit ab ore cibum.
Sæpe tamen cibus hic blando conamine, per quod
Vividus, os intrat, vividus extrahitur.

Mi

Mi veſto allor, che ſpogliaſi la gente;
Tanto ſon di cervello ſtravagante.
Poi m' incapriccio, a la ſtagione algente
Ignuda il dorſo ſtar, nuda le piante.

Se mando urli talor tutta tremante,
Con far di brutte bocche; onde ſpavente
Le brigate, avverrà, che anch' io fra tante
Son veſſata da Spiriti ſovente.

Star ſempre d' un umor non ben s' appaga
Mia natura; mi moſtro ora in ſembianza,
Canuta vecchia, or giovinetta vaga.

Chi meco a dimorar troppo s' avanza,
D' una Circe, o Medea più cruda maga,
Di trasformarlo in altro ho per uſanza.

Quan-

QUando gausapinam Plebs exuit, induo vestes:
Sic mihi dissimili vivere more placet;
Quin placet et rigidæ dira inter frigora brumæ
Vivere nuda humeros, vivere nuda pedes.

Si toties trepidans ululatu terreo gentes,
Os mihi si vasti gurgitis instar hiat,
Provenit a pravo Cacodæmone, qui mea torquet
Viscera, ut et reliquas me ferus exagitat.

Est mihi delicium in varias transire figuras,
Sæpius et vultu discolor esse meo.
Nunc faciem exhibeo pulchræ, innuptæque Puellæ,
Nunc videor canis fœda Anus esse comis.

Medeæ succos: et Circes pocula novi,
Circe, et Medea quin ego docta magis.
Si quis in Æde mea plus æquo forte moratur,
Arte mea in vultus cogitur ire novos.

ERa già dal cordin stato strozzato
Uno, e dal sen già l'anima gli uscia:
Quando dal trave, ove pendea attaccato,
Prese ratto la fuga a sua balia.

Giacchè col piede non l'avria arrivato,
Dietro più d'un con l'occhio lo seguia,
E perchè credo fusse spiritato,
Parea, che'l Diavol sel portasse via.

E in effetto sparì: nè più comparse
Nè l'anima, nè il corpo; e per dov'era
Passato, un gran fetor d'Inferno sparse.

Sol si trovar sue vesti a una leggiera
Asta in cima stracciate, allor che apparse
Gran face dietro a una grand'ombra nera.

Ne-

NEscio quis laqueo perstrictus guttura, nuper
Pendulus e trunco jam moriturus erat:
Cum vafer eludens suspendia, de trabe liber,
Prosiluit, subitam corripuitque fugam.

Cum pede non posset fugientem prosequi, in illum
Attentis oculis quisquis anhelus erat.
Hunc ego ab occulto vexatum Dæmone rebar,
Et quod ad infernas pertraheretur aquas.

Revera ex oculis evanuit aëre longo,
Nec visa ulterius pars fuit ulla sui;
Sed signata suo fuerat quæ semita gressu,
Fumabat stygii fœtida odore lacus.

Ingentem quando fax grandior expulit umbram,
Hastæ subnixus visus inesse levi.
Sic rebar; verum me vana illusit Imago:
Discissa in partes vix ibi vestis erat.

VEggio una Madre, un figlio sfortunato
In culla che percote a tutto braccio
Crudel co i pugni; e 'l tenerello impaccio
Poi piglia a coricarlo in altro lato.

Torna; del letto i panni alza, e levato
Perchè lo vede, piglia un cortellaccio:
Gli dà di filo un trincio in ful mostaccio;
Parte, e lo lascia lì nudo, e gelato.

Quindi fatto maggior, dentro in prigione
Con ferrea porta il fa tener racchiuso
Da carcerier di crudeltà un Nerone.

In sua più fresca età, quando n'è schiuso,
Esce egli fuor di quella ria magione,
Gonfio il sen, brutto sotto, e in croste il muso.

Trus-

TRrux Genitrix natam sub pravo sidere prolem,
Sit licet in cunis, nilque misella gemat,
Multiplici pugno, toto impete, percutit: inde
Transvehit, atque alio collocat in thalamo.

Postquam abiit, redit, atque videt, velamine tracto,
Quod leviter vultus altius extulerat;
Arrepto gladio longo illam vulnere sulcat,
Dein nudam gelido sub Jove destituit.

Cum facta est pubes, diro illam carcere damnat:
Ne fugiat, claudit ferrea porta viam;
Et vigil, immanis, pejorque Nerone Satelles
Excubat obscuras Carceris ante fores.

Attigit ut primos ætate tenerrima Soles,
E cavea in lucem protinus extrahitur;
Sed quam deformis! siccis faciem horrida crustis,
Ventre tumens, dorsum pulvere fœda nigro.

DI merci tolte a l'infedele Aurora,
Porto Nave ſuperba il ſen fecondo,
Senza temer, che in procelloſo fondo
Mi tragga ira di venti, onda ſonora.

Steſo adagiato in ſu l'eccelſa prora,
Tenendo il capo fuor candido, o biondo,
Staſſi il Governator di chi il mio pondo
Prezioſo, ch'ho in ſen, preſto divora.

Da luogo a luogo, ove il Nocchier ne mena,
Portata eſſer da vele io non coſtumo,
Ma ſolo dal favor d' umana lena.

E quando più ſicura eſſer preſumo,
Nave infelice! Uno, che ſta a catena,
Dà fuoco a le mie merci, e manda in fumo.

Æquo-

ÆQuoris Eoï captas de littore merces
Dum veho fœcundo cymba superba sinu,
Nil timeo ventorum iras, nil impetum aquarum,
Nil scopulis frangi, vorticibusque rapi.

Molliter acclinis rostro Palinurus ab alto
Protendens album, pallidulumve caput,
Stat vigil, et solers, nec non pretiosa vorantem
Pondera, quæ fœto perveho ventre, regit.

Quo me Nauta jubet varias dum transmeo ad oras,
Non soleo levibus pandere vela notis.
Remorum impulsu, et turbæ conatibus utor:
Excurro dubias sic mage tuta vias.

Heu Cymba infelix! Dum Portum attingere rebar,
Quidam, cui collo nexa catena sonat,
Non expectatum in gremio mihi suscitat ignem,
Merxque in fumigeros solvitur usta globos.

Per-

PErchè ſul capo mio pelato e raſo,
Qualche poſta di crin lunga ſi vede:
E perchè ancor porto l'anello al piede,
Ch'io ſia ſchiavo il Padron s'è perſuaſo.

Da tal mi vuol tener; ma ſe per caſo
Fra l'acque ſalſe a travagliar mi chiede;
Mentre, che ſcuoto il capo, ei ben s'avvede,
Quanto offeſo da lui ſono rimaſo.

Quando in teſta mi viene un certo umore,
Col Diavol ſteſſo in fin la prenderia,
Non che di vivi, o morti abbia timore.

Fin una Santa, in quella freneſia,
La piglio ne i capelli, e con furore
La getto in terra; e s'è peccato, ſia.

Vix quia cincinnus supereſt mihi vertice raſo,
Strictuſque in nodum deſluit ad ſcapulas,
Et quia circumdat mihi ſuras annulus, inter
Servos me Dominus credidit eſſe ſuos.

Me premit ut famulum dura ad ſervilia; ſed ſi
Servilis ſalſas ſit labor inter aquas,
Dum crinem intonſum excutio, bene percipit, ægro
Quantum animo mores, et ſua juſſa feram.

Viventes animas, defunctaque corpora letho,
Spectraque per vacuum errantia, nil timeo;
Quin ſi fervidiore mihi mens æſtuet igne,
In pugnam ipſo cum Dæmone congrederer.

Eſt quædam ſancto clariſſima nomine Virgo,
Hanc ego perſtrictis crinibus arripio,
Impatienſque moræ proſterno per atria; grande
Si ſcelus eſt, tantum nil ego curo nefas.

PAssato per l'esame, e reo trovato
Di più errori un meschin da lui commessi,
Che pur non son (ma chi non sa gli eccessi
De i Tribunali ancor?) vien condannato.

Dal manigoldo prima è flagellato
Con una dura mazza a colpi spessi;
Quindi sotto di tre travi commessi,
Resta stretto dal laccio il disgraziato.

Dal patibolo tolto, in peggior guise
Colui tratta quel corpo, a parte a parte
Mentre a un taglio crudel lo sottomise.

Involto in non so che, lo trae in disparte,
E pur v'è chi, per guadagnar, si mise
A far il professor di sì bell'arte.

Et vitæ, et morum post longa examina quidam,
Sit quamvis insons, scribitur esse reus:
Et pro non culpis torquetur sæviter (eheu
Quot fingunt pravi crimina Causidici!)

Ictibus assiduis huic primum terga flagellat
Ferrea inhumani massula Carnificis;
Dein laqueo adstrictus, contextis arte magistra
Cogitur a lignis pendulus esse tribus.

Solvitur a crucibus tandem, sed lictor iniquus
Adstrictum gemino compede torquet adhuc.
E parte excurrens in partem triste cadaver
Circuit, et stricto barbarus ense secat.

Sic circumcisum, et quadam sub cyclade tectum,
Sejunctum ex aliis separe in æde locat.
Nonnullos tamen illectos dulcedine lucri
Non pudet hac pulchra vivere in arte Fabros.

COmpatite a l'età, di bella a i vanti,
Con cui fama comun par che mi onori,
S'esco talor per mio trastullo fuori,
D'occhi a far preda in leggiadretti ammanti.

Misti a bell'ostro al lampeggiar de gli ori,
Al riso del mio ciglio, o come, o quanti
Lusingando ne van creduli Amanti
Con sognate speranze i proprj cori!

Mi giovi ora goder plausi, e corteggio:
Giacchè chi sta osservando il Ciel mi dice,
Che presto in mezzo a'pianti io morir deggio.

Ne i vaticinj suoi tanto felice
Anco forse non sia. Ohime! mi veggio
Già mancar, già languir, spiro infelice!

Pri-

PRima ætate virens, molli pulcherrima vultu,
(Ut plenis populi vocibus esse probor)
Parcite, si aurata gradiens in veste, procorum
Surreptura oculos deforis egredior.

Ut mixtim fulgere vident et purpuram, et aurum,
Et mihi vivaces luxuriare oculos,
Quot folles pascunt sua vota audacia amantes?
Quot ludunt falsis somnia imaginibus?

Gaudeo me cœtu stipatam incedere Amantum,
Et mihi festiva plaudere voce procos:
Cognitor astrorum quoniam mihi nuntiat augur,
Quod lacrymas inter sim moritura brevi.

Spes mihi firma tamen, quod non bene sidera norit,
Nec sint auspiciis astra secunda suis.
Heu mihi deficiunt sensus: nox ingruit atra:
Nunc nunc extremum languida claudo diem!

Ne

NE la mia prima età nudo, e sfasciato,
Molti ſtrazj mi fer mani rubelle.
Poi (non da Ebreo) mi circoncifer quelle
Le membra, prima avendomi legato.

Circa l'opere mie, mi ſon trovato
Fatte averne di brutte, e de le belle:
In fin, benchè sì debole, ed imbelle,
Mi ſono in più queſtioni accreditato.

A tu per tu ſo ſtare, e a faccia a faccia
Con chi ſi ſia, m'intendi? e non ſo conto
Se per da poco un vil mi ſtima, e ſpaccia.

Nel corpo anch'io più ſtillettate conto,
Ma chi mi toglie il manto, e chi mi slaccia,
Vede tutte le ho a tergo in brutto affronto.

Me

Me sine fasciolis nudum, tenerumque puellum
Sunt ausæ rigidæ dilacerare manus.
Funiculis constricta prius, resecata deinde
(Non instar Moysis) membra fuere mihi.

Quænam opera exegi quæris? non abnuo verum:
Sunt bona mixta malis, sunt mala mixta bonis.
Sim licet exanimis, nec non sine viribus, ampla
Est ex quæsitis laus mihi parta meis.

Si super incumbant, contra omnes exero frontem
Impavidus. Capis an quæ tibi verba loquor?
Nil curo ignavi dicteria ludicra vulgi,
Si quis me nihilum, vel quid inane putet.

Est mihi multiplici transfixum vulnere corpus,
Vulnera sub sana sed mihi veste latent.
Qui tamen et chlamydem mihi tollit, vinclaque solvit,
Detegit in scapulis horrida signa meis.

Apre

APre un tale infelice allor, che nasce
In questa valle di miserie piena,
L'occhio al sole, ed al pianto: e nato a pena
Da se il rigetta chi lo strinse in fasce.

Adulto poi, che non più madre il pasce,
Sotto rigida sferza i giorni mena.
Indi in stagione or fosca, ed or serena,
A sciagure peggior more, e rinasce.

Quanti strazj soffrì da chi mendico
Fra gli acquisti fatica, allor che lasso
Più non s'appoggia al debil legno antico!

Chiude, e sface sue spoglie angusto sasso
Ratto così, che col Marin io dico,
Da la cuna a la tomba ha un breve passo.

Et

ET Soli, et lacrymis oculos in valle dolorum
Quidam aperit, vitam cum puer ingreditur.
Strictus fasciolis, altori traditur: altor
Pojicit acceptum, destituitque solo.

Ut crevit, Matris distractus ab ubere, amaros
Ducit sub ferula percutiente dies.
Mortuus in primum ad peiora renascitur ævum
Vel sint obscuri, vel sine nube dies.

Debilibus truncis, quibus infans hæserat olim,
Si nequeat cubitis incubuisse suis,
Et sævo, et crebro torquetur verbere ab illis,
Qui sibi continuo lucra labore parant.

Postremo lapis exiguus de monte volutus
Conterit, et tritas contegit exuvias.
Quam bene cantavit, qui scripsit Adonidis ignes,
Abs utero ad tumulum dum breve dixit iter!

L'Anima pria mi diede, e a quella unì
Le membra poi chi mi produsse già;
Ed io ben posso dir con verità,
Che dal ginocchio suo mi partorì.

E in quell'atto, non so qual ferità
Gl'ingombrò il senno, e 'l perturbò così,
Che co i morsi, e col ferro incrudelì
Co i morti stessi infin (o che empietà!)

Se a cose basse inclino, e genio ho vil,
Forse ciò avvien, perchè mia Parca fè,
Sostegno di mia vita, abietto il fil.

Quando l'anima mia va fuor di me
La notte, de le Streghe come è stil,
Immota resto, e non mi tengo in piè.

IN primis animæ dedit admirabile donum,
Dein membra adjunxit, qui dedit esse mihi.
Quin et parturiit (non sunt hæc somnia vatum)
A propriis genibus me sine Matre Pater.

Et me dum pareret, quo nescio percitus œstro,
Vel potius quonam Dæmone ductus erat,
Ut morsu, et gladiis in mortua corpora, putri
Quamvis fœda luto, sæviter irrueret.

Si proclivem habeo ad vilissima munia mentem,
Si moveo loca per sordida, et ima pedem,
Evenit id quia non bene torto stamine Parca
Neverat ad vitam vilia fila meam.

Instar Sagarum si quando in nocte silenti
A me transfugiens spiritus exiliat,
Fixa tenebrosæ nil mobilis hæreo terræ,
Nec possum in nudo sistere fixa pede.

SEcondo a chi ſervir ſon deſtinato,
Di ricco abito, o vil vado veſtito,
Il qual giuſto al mio doſſo è a me cucito,
Senza ſotto del taglio eſſer paſſato.

E un tal ſempre a ſervir ſonmi obbligato,
Che per me fu di piaghe ben fornito:
Se ben da banda a banda anch' io ferito
Fui per lui, come appar, ſe ſon ſpogliato.

Cotanta l'union è fra di noi,
Ch'ei, come me, ſa quel che in ſen' racchiudo,
E la pupilla ſon degli occhj ſuoi.

Mi tratta alfin qual mala Donna il Drudo;
Giovin mi tien, da ſe mi ſcaccia poi,
Quando moſtro invecchiando il cranio ignudo.

Si

SI mihi dives Herus, pretiosas induo vestes,
Sed viles tunicas induo, si sit inops.
Quin mihi suta fuit gibbosa in corpore vestis,
Nec prius a bifida forfice secta fuit.

Me famulum addixi Domino, qui plurima pro me
Transfixa in læva vulnera parte tulit;
Sed mihi si vestem tollas, illius amore
Me quoque transfixum parte ab utraque vides.

Nos ita conjungunt socialia fœdera, de me
Ut quod ego sciero, non minus ille sciat;
Nec solum noscit mihi quæ sunt abdita, sed me
Ut pupillam oculi diligit usque sui.

At, solet inconstans ut Pellici Amasius esse,
Ille mihi inconstans non minus esse solet:
Me juvenem fovet amplexu; ut me vertice calvum
Aspicit, amplexus denegat ille suos.

La

LA Genitrice mia gravida eſſendo
D'un'altra, me dà in luce, e partoriſce,
Mentre che 'l Padre mio, meſta piangendo,
In faccia la percote, e in ſen feriſce.

A veder, a parlar del caſo orrendo,
La gran curioſità molti rapiſce.
Ed io diſguſto alcun non me ne prendo,
Perchè accidente tal mi conferiſce.

Ne l'uſcir fuora in giro a prender aria,
Godo fermar le piante in qualche aprica
Sponda d'alpe ſelvaggia, e ſolitaria.

Quanto con altri ſon di pace amica,
Son tanto al Padre mio ſempre contraria;
E'l verſo più vicin la cauſa dica.

ME mea parturiit Genitrix, dum ventre tumeret:
Plasmate sed prægnans non erat illa meo.
Et dum parturiens lacrymis me plorat obortis;
Illius os Genitor percutit, atque sinum.

Plebs fluit horrendum monstrum hoc studiosa videre,
Nec cessat lepida garrulitate loqui;
Dura tamen Matris nil sors mihi displicet; immo
Me juvat, et rebus congruit ista meis.

Dum foris exilio: ut Cœli nigredine pulsa
Titanis radio regrediente fruar,
Læta pedem sisto abruptæ ad declivia rupis,
Aër ubi apricus, signaque nulla pedum.

Est mihi cum toto pax inviolabilis Orbe,
Sed nequeo Patri pacifera esse meo.
Si quæras proprio cur sim contraria Patri,
A versu causam proximiore scies.

Vedo

VEdo acceſo un albergo; ahime! nè a foco
Sento ſonar la proſſima campana.
Acqua in giù vien da la magion ſovrana,
Ma a tanto incendio è nulla, anzi che poco.

De l'ardente Vulcan la rabbia inſana
Fa con ſtrage crudel miſero gioco
Di quanti chiuſi ſtan dentro quel loco,
Da cui ſottrarli ogni ſperanza è vana.

M'accorgo già, che al pertinace ardore
Gli sfortunati hanno ceduto; io ſento
De' miſeri cadaveri l'odore.

E pur c'è chi ne gode, o gran portento!
Non manca mai, chi sì crudel di core,
Da le lagrime altrui tragga contento.

Heu

HEu video excelſas incendia ſurgere in ædes,
Proximaque æra ſuo nil monuere ſono.
Effuſus pluvio cadit imber ab æthere: ſed non
Ignibus arcendis eſt ſatis, immo nihil.

Devorat inſana furibundus Mulciber ira
Quos ibi captivos oſtia clauſa tenent;
Dumque vorat, fingit ſerpendo ludere, nec ſpes
Eſt miſeris ulla diffugiiſſe via.

Heu magis excreſcunt flammæ, captivaque turba
Languida in ignito gurgite ſponte cadit.
Heu lapſos video: heu combuſta cadavera cerno,
Quorum odor ad nares diffluit uſque meas.

Eſt tamen accenſum qui lætus geſtit ad ignem,
(Oh feritas! Lucri oh prodigioſa ſitis!)
Nec non alterius fletum in ſua fœnora ſervat,
Servatiſque ſuas fletibus auget opes.

DA ſen profondo, ove impaluda, e ſtagna
Livido flutto, s'alza una di quelle,
Che vagar ſuol per l'aria, e irriga, e bagna
Col freſco umor aride piaggie, e belle.

Appena l'arator quella campagna
Seminò a lunghe ſtriſcie, e paralelle,
Che d'ecco in giù cader (nè quei ſi lagna)
Su le fatiche ſue triſte procelle.

In più ſcoſſe, dal ſen gravido il polo
Ora di folta polve un nembo ſcioglie,
Ora pioggia di ſaſſi in denſo ſtuolo.

Non però tal tempeſta il frutto toglie:
Se non, che ſol da quell'arato ſuolo
Quel, che ſparſo vi fu, non ſi raccoglie.

QUæ nuper visa est volitare per aëra, ab imo
En modo nigrantis gurgite surgit aquæ,
Arvaque ibi circum candore simillima lacti
Humidulis guttis imbuit, atque rigat.

Postquam lineolis semper distantibus æque
Semina in albidulis sparsit arator agris,
Ingruere e supero tristem videt axe procellam,
Exitiosam operi nec dolet esse suo.

Nunc gravidam excutiens repetitis pulsibus alvum
Pulvereas Æther liquitur in pluvias,
Nunc vibrat effusos lapidosæ grandinis imbres,
Terraque vel saxo, aut pulvere operta latet.

Pulvereas tamen has pluvias, et grandinis imbres
Agri germinibus nil nocuisse reor;
Integra arenoso servantur semina campo,
Sed solum messis credita non legitur.

DA la carne cader ſana, e vivace,
Veggio dentro un avell'oſſa ſpolpate,
A cui vano è pregar ripoſo, e pace,
Ch'a perpetuo martir ſono dannate.

Quante mire fallaci ha quì ſerrate
Fondo d'urna sì anguſto, e ben capace!
O mortal così va: le tue ſognate
Speranze un punto ſol dilegua, e sface.

Tempo verrà, che da la tomba avara,
Del ſuperno Motor da mano ſcorte,
Tornin fuori queſt'oſſa a luce chiara.

Quà gli occhi affiſſa in queſte fredde, e morte
Poche reliquie: e a l'altrui ſpeſe impara
Farti felice, e migliorar tua ſorte.

ARida de vivis erumpunt carnibus ossa,
Inque brevem tumulum præcipitata cadunt;
Abs Jove nec juvat his pacem exorare sepulchri:
Damnata æterno sunt ibi martyrio.

Humani cordis quot cœca, et inania vota
Parvula in extenso condidit urna sinu?
Sic fati lex: O qui condis in aëre moles,
Istæ, puncto uno deficiente, ruunt.

Illa dies veniet, qua Ditis lege soluta,
Manibus ad Superos sit patefacta via;
Tunc, Jovis auspicio, ossa hæc quamvis arida, avaro
A tumulo in claram sunt reditura diem.

Has Tu in relliquias tristes, et frigida membra
Respice: proh quantum quod docearis habent!
Disce per alterius jactum felicior esse,
Nec non Fortuna prosperiore frui.

Ne i

Ne i miei tempi più lieti, e più felici,
Quando il ſangue bolliva in me più vivo
Intatta mi mantenni; e pure a ſchivo
Non avevo di farmi molti amici.

Poſcia a i miei cari, e molto più a i nemici
Di me preſi a far copia: e chi corrivo
Troppo s'affezionò, de l'uſo privo
Di ragione, incontrò caſi infelici.

In caſa d'alloggiar ebbi l'onore
Greci, Iberi, Italiani: e fui d'aſilo
Al Guelfo, al Ghibellin con mio roſſore.

Ora vuoi tu ſaper, che far io ſtilo?
Mancato per il tempo in me il vigore,
Con ſtoppa in ſu la canna, e fuſo, io filo.
Molto ebbi; ora il compilo
In poco aſſai, mentre mi trovo al mondo
De le mie entrate aver ſol qualche fondo.

Tempo-

TEmporibus lætis, ſub primo flore juventæ,
Fervidus in venis dum mihi ſanguis erat,
Innumeros, quamvis non dedignarer amicos,
Eluſi ſalva virginitate procos.

Dein mihi dilectis, quin et magis hoſtibus uſum
Nil pudibunda mei corporis exhibui;
Et quicumque meo nimis eſt illectus amore,
Mentis inops factus triſtia fata tulit.

Italicæ, Hiſpanæ, et quas nutrit Achaia gentes,
Exceptæ hoſpitio ſæpe fuere meo.
Quod pudet; Auſoniæ vota in contraria ſectis
Gentibus auſpicium, confugiumque fui.

Nunc quia deficiunt exhauſto ſanguine vires,
Quæris quid ſoleat muneris eſſe mihi?
Debilibus cannis udam circumligo ſtupam,
Et tereti fuſo parvula fila traho.
Verbo omnia claudam:
Nuper eram locuples, nunc eſt mihi curta ſupellex,
Vixque brevis ſupereſt e cenſu divite fundus.

Guarda

GUarda (ſe 'l puoi ſoffrir) quel, che m'è fatto.
Diviſa pria dal buſto è a me la teſta;
E vota del ſuo pien, con crudel atto,
Soſpeſa per gli orecchi a un laccio reſta.

Quindi dal corpo intirizzito, e attratto,
Con ferità maggior da man funeſta,
Di viſcere quant'ho fuori m'è tratto
Or da quella apertura, ed or da queſta.

Tutto ferito ho il ſen d'un vaglio al paro:
Ma cruda è sì, che ne l'aperte piaghe,
Torna più volte a penetrar l'acciaro.

Nè par, ch'a un modo ſol goda, e s'appaghe
Di meco incrudelir; lo moſtran chiaro
Fitte di Stil, ſquarci di Lancie, e Daghe.

Inſpice

INſpice (ſi ſatis es) quæ ſim crudelia paſſus.
Eſt mihi diviſum a corpore grande caput:
Et factum vacuum de pleno, pendulum ab ipſo
Trunco, funiculis aure ab utraque tenent.

Nec ſtetit hic feritas: per aperta foramina ventrem
Irrupit variis barbara dextra viis.
Nunc hinc, nunc illinc manco de corpore traxit
Viſcera, quæ longo diriguere gelu.

Ut ſunt innumero terebrata foramine cribra,
Sic mihi de crebro vulnere venter hiat.
Quod magis eſt atrox, ferrum percurrit eaſdem
Sæpius egrediens, regrediensque vias.

Quin et plagarum gaudet variare figuras,
Et me diverſo dilacerare modo;
Idque probant gladii, clunacula, lancea, quorum
Sunt ſculpta in fibris horrida ſigna meis.

UNa Torre a me par (ſia che ſi vuole)
Dove per porta anguſta Un meſſo è drento,
Il qual toſto ne fa riſentimento,
Mentre con ſtrida, e lai forte ſi duole.

Anzi (da quell' oſtel purchè s'invole)
In cercar modo di fuggir è intento.
Diſperato ſi mette (o gran cimento!)
Da le fineſtre a uſcir di quella mole.

A chiuder queſta, or quella il Padron corre;
Or la ferrata già rilaſſa aperta,
Se ad altre vuol pronto riparo opporre.

Ma in ver ſa queſte viſte a la ſcoperta,
Perchè so, ch'al ſcappar di lui concorre.
E' tutta coſa ſua, ben ſcuſa merta.

Viſa

Visa mihi est Turris; (sed quid sit nescio) in illam
Angusto quidam cogitur ire foro.
Vix arctos subiit postes, stridoribus implet
Aëra, et impatiens infremit, atque gemit.

An remeare gradum possit circum atria tentat;
Sed quacumque vetant ostia clausa fugam.
Tunc audax salit in sublimia, deque fenestris
Impavidus tentat se dare præcipitem.

Ut videt hæc Dominus, cupiens arcere pericla,
Pectore sollicito, sollicitaque manu,
Hanc modo, nunc illam clauditque, aperitq. fenestram,
Et quam crediderat claudere, aperta patet.

Hæc tamen anxietas ficta est, fictique labores;
Ut subitam capiat, sunt sua vota, fugam.
Excuso facilis pulchra hæc mendacia: caute,
Jucunde, utiliter rem gerit ille suam.

CHe razza mai di ftrana beftia è quefta,
Che altrui fa fempre mal, mentre l'ho a mano?
Bifogna ben affai le ftia lontano,
Chi provarla non vuole a fe funefta.

La corda, che le corna lega in tefta,
E 'l giogo, ch'ha ful collo, è freno vano:
Nel caricarla, anch'io non temo in vano,
Che in fronte con le corna non m'invefta.

Quando la coda dietro e ftende, e abbaffa,
(Come è lo ftil de i Bruti più baftardi)
Dà tutta allor al fuo furor la laffa.

Il giogo fcote: e a gl'impeti gagliardi,
La forzata a portar terrena maffa
Getta: indi poi chi s'ha a guardar, fi guardi.

Quo de monte venit, quo de grege prodiit atrox
Ducta licet manibus noxia belua meis?
Hanc opus est fugias pernix, atque aëre longo,
Funestam vitæ ni velis esse tuæ.

Colla gravare jugo, vincire ligamine torto
Cornua, sunt furiis irrita fræna suis;
Quin et ego vereor, ne dum premo pondere dorsum,
Insigat fronti cornua acuta meæ.

Demissam caudam talos dum flectit ad imos,
(Ut spuria e vario bruta parente solent)
Liberiora suo tunc laxat fræna furori,
Solvit et a curvo colla superba jugo.

Impete dein valido detrectat, et eminus urget
Quam terræ molem ferre coacta fuit.
Qui per agros errat, vel pervolat aëra, mortem
Exprobret ipse sibi, si bene non caveat.

Fra

FRa gli angoli ſudar altro Archimede
Di macchine ingegnoſe al bel lavoro,
Mirate là con meraviglia: e fede
Darete a i libri, e a le memorie loro.

L'oſte ſi lagna in van nel ſuo martoro,
Che al ſuo caſo fatal ſcampo non vede;
Ben ne gode il gran fabro: e per riſtoro
De le fatiche ſue null' altro chiede.

Il ſuol, che facil piega, e a l'aure ondeggia,
(Dove appena altri vien, che morte trova)
Sicuro ei calca, e a franco piè paſſeggia.

D' oſtil furor da impetuoſa prova
Abbattuto l'ordegno ove s'avveggia,
Con più man, con più piè toſto il rinnova.
Anzi d'Ercole a prova
Spande dal labbro ſuo sì gentil vena,
Che l'anime più ſchive a ſe incatena.

Ecce

Ecce Syracusio Faber æmulus arte Magistro,
Nocte dieque suis impiger in studiis.
Inspice quas moles struit, et verum esse videbis,
Quod sunt in tantis præla locuta libris.

Qui subit huc hospes, suspirat inaniter: ullum
Effugium a Fatis non habet ille suis;
Hospite sed capto gaudet Faber, et satis amplam
Mercedem hanc operi credidit esse suo.

Sub pede terra tremit, domus alto ex aëre pendet;
Et busta hospitibus semper aperta patent;
Sed Faber impavidus salit illuc, desilit illinc,
Perque loca it firmo qualiacumque pede.

Si forte hostili aggressu sit diruta moles,
Aut nimio ventorum impete corruerit,
Innumeris manibus, pedibusque accurrit, et altum
Arte sua rursus nobile surgit opus;
Quin Herculis instar,
Ex ejus labris sic dulcis deplua vena est,
Ut profugas animas trahat, et sibi compede nectat.

M' en-

M' Entrò per gli occhi quel crudel volante,
E a poco a poco in sen senza contesa
Il lasciai penetrar: sendo bastante
A me di far una tal qual difesa.

Visto il gran rischio, al Vago mio davante
Cercavo tormi, a mia salute intesa:
Ma che? di tratto in tratto io più incostante,
Tornavo a ber gl'incendj, ond'era offesa.

Così l'interno mal vie più cresciuto,
Da l' agitato sen troppo distinto,
Spesso scoppiava il duol chiuso tenuto.

Troppo, o crudel, m' avei d' assedio cinto.
Ammollir nel mio sen ben hai saputo
Tante durezze; ecco le spoglie: hai vinto.

Primam

PRimam oculi fecere viam, dein luce dolosa
Flammiger ille mei fluxit ad ima sinus.
Incauta admisi (fraus nam mihi cognita nondum)
Credula, quod leviter noxia flamma foret.

Ut tamen agnovi insidiosa pericla, salutis
Anxia, tentavi expellere, nec potui;
Quin etiam sic me levis inconstantia versat,
Ut sæpe infestas sim bibere ausa faces.

Sic dolor interior magis alta incendia nutrit,
Excrucians ustum, concutiensque sinum:
Impatiensque diu intra viscera adusta latere,
Infremuit, crebro percrepuitque sono.

Me ferus heu nimium! strictam obsidione tenebas;
Non potui ardori durior esse tuo.
Durities tantas bene nosti reddere molles:
Victor es: insignes sume tibi exuvias.

UN parto nafce morto, e tal l'addita
Il vederfi a più dì putrido, e sfatto;
Ma fe morto vien refo a chi l'ha fatto,
Con mirabil magìa lo torna in vita.

E fe tal prole non fu concepita
Di vero matrimonio, e ben contratto,
Gettato il tempo, e la fatica affatto,
Viene a far ella peffima riufcita.

Non so, fe in frefca età, quand' anco è in fafce,
O quando adulto ne le Corti ei vive,
Abbia incontri peggior, travagli, e ambafce.

E fe barbara man fia, che l'arrive,
Fa sì, che i fuoi rinneghi, e 'l nome lafce,
E del ferraglio al più vil ftuol l'afcrive.

Nafcitur

NAscitur exanimis partus: mortem indicat ater,
Qui dein de putri corpore spirat, odor.
Si tamen hunc matri non fracto corpore reddas,
In vitam magica pullulat arte novam.

Verum legitimo nisi sit de conjuge fœtus,
Vel nimis annoso sit patre progenitus,
Et labor, et tempus jactantur inaniter: olli
Vitam nec mater, Parca nec ulla dabit.

Nescio num fato miser asperiore prematur,
Quando recens primos hausit in orbe dies,
Vel quando primum pubescere cœpit in ævum
Lascivo excurrens atria longa pede.

Currentem si sæva manus forte arripit, eheu,
Quos habet, affines respuit, atque negat.
Odrysii vilis descriptus vernula claustri,
Mores, et nomen deserit usque suum.

SAppi, ſe mia beltà tanto t'alletta,
Che altrettanto rigore a quella uniſco;
Quindi non preme à me d'eſſer negletta
Per le contrade, quando fuor ſortiſco.

Con chi più m'accarezza, io più infieriſco;
E chi mi vuol tener più forte, e ſtretta,
Da le man più gli fuggo, e gli ſpariſco:
Che il trattenermi al dipartir m'affretta.

Ne le riſoluzion mie ſempre ondeggio,
Nè ſtabil ſon a cui m'appiglio; e allora
Vie più, ſe un tal, per cui languiſco, io veggio.

Il tempo, ch'ogni coſa al fin divora,
In mia madre mi cangia: e quel ch'è peggio,
Viva ſepolta ſon perch'io non mora.

Quo

QUo magis allicio, quia ſum pulcherrima vultu,
Sic rigidam ſcito me magis eſſe animo;
Hinc mihi nil curæ, ſi me plebs ſpernit, et odit,
Dum foris exilio per fora, perque vias.

Quo mage blandiris, tibi ſum magis effera: quo me
Arctius adſtringis, promptior effugio.
Ex oculis, manibuſque celer tibi diffluo; ſi me
Vi retines, celerem me magis eſſe facis.

Hæreo vincta ſolo leviter, ſi forte reſolvor,
Mens ſemper dubio fluctuat acta metu:
Præcipue ſi forte mei fatalia Amantis
Occurrant oculis ora videnda meis.

Tempus edax rerum, mutato corpore, rurſus
In formam matris me facit ire meæ;
Quodque eſt deterius, tenebroſo viva ſepulchro
Condor, ut in multos ſit mihi vita dies.

QUanto m'è dato piglio, e no 'l rifiuto,
Perchè sempre a pigliar sento appetito;
Quando l'ho in bocca, cerco a ogni partito
Tenerlo quanto basta, e poi lo sputo.

Quel grugno di porcel cieco cornuto,
(Perchè contraria a l'oprar suo m'addito)
Mi caccia la porzion tal'ora in sito,
Che sudo per averla, e ben m'ajuto.

A metter disunion mai sempre agogno,
Per aderire altrui: e a un sol comando,
Anco con rischio mio corro al bisogno.

In resistenza ostil più fiera urtando
Con premura maggior, (nè mi vergogno)
Meglio a le gambe mie mi raccomando.

Quod

Quod mihi cumque datur capio, nil respuo; longam
Nec saturam reddit quælibet esca famem.
Ingestas, quantum satis est, retinere laboro
Ore dapes, et post exsaturata spuo.

Par suibus rictu, cæcusque, et corniger ille
(Cùm videar discors moribus esse suis)
Difficili persæpe loco sic occulit escam,
Ut sudore fluam, si trahere inde velim.

Ut desideriis alienis obsequar, arcto
Junctos conjugii fœdere dissocio.
Quò subitam quis quærit opem, celer advolo, nil quæ
Fata sinistra mihi sint subeunda, timens.

Si tamen opponat se se mihi fortior hostis,
Tunc quid ego? (Non me dicere vera pudet)
Suris, et pedibus committo Parthica bella:
Nititur his vitæ spesque, salusque meæ.

Va

VA là, che vengo anch'io: ma senza lume
Un passo non darei; non che a paura
Io sia soggetta; anzi per mio costume,
La metto altrui con singolar bravura.

E stolto è chi fuggir da me presume:
Che andando innanzi, e'n dietro, io son sicura
Giugnerlo, benchè avesse al piè le piume,
O pigliasse dal Sol Eto a vettura.

Di bella madre una più brutta figlia
Di questa sia non so: cieca, e sparuta,
Intrattàbile, e nera a meraviglia.

A vil però da te non sia tenuta,
Perchè da te si vanta (e ti somiglia)
Per retta descendenza esser venuta.

Eja

Eja age carpe viam: te subsequor, at sine luce
Numquam ego sum tremulos ausa movere pedes;
Non quia me vilem faciat timor improbus, immo
Qui vultu intrepidam me videt, ille timet.

Est fatuus quicumque fuga me eludere tentat,
Nam meat, et remeat, nec bene noscit iter;
Quin illum arriperem, si plantas aliger esset,
Vel Solis rapidos insiluisset Equos.

An similem ediderit pulcherrima, nescio, mater;
Filia quod nequeat turpior esse, scio;
Lurida, cæca, tremens, levis, intractabilis, audax,
Et nigra Niligeno nigrior Æthiope.

Ne tamen ut vilem spernas, tua cum sit imago,
Se putat esse tibi nobilitate parem;
Quin a te rectam cum sit per lineam oborta,
Se genus, et stirpem jactitat esse tuam.

IN fosco vel tra pallidi splendori,
Colma il seno d'orrore, e di spaventi,
Sospesa in alto a funestare i Cori,
Passo, sorda a ogni duol di voi viventi.

Al mio aspetto feral, a i più potenti
Danno le fibre in sen scosse, e tremori.
Nulla chi vive umil par che paventi,
O tragge il volto suo scarsi pallori.

Corruzion, schifi insetti, impuri esali,
La terra aprirsi ad ingojar chi prenda,
Apprestì d'arme, orror, squille fatali,

Tutti per risvegliare a vera emenda
I rubelli col Ciel egri mortali,
Effetti son di mia comparsa orrenda.
/ Finiam questa faccenda;
Con voi dico ancor io, ch'è la Cometa;
Ma fede mi si dia come a Poeta.

Fumi-

FUmigeras inter tædas, nigro obruta velo,
Horrificis ventrem turgida imaginibus,
Luctisonis funesta choris, suspensaque in altum
Transilio vestris surda, homines, lacrymis.

Qui solio evecti, vel censu divite turgent,
Oh quantum aspectu contremuere meo!
Sed quæ plebs humilis tecto sub paupere vivit,
Me visa, leviter, vel nihil icta tremit.

Putredo livens, infectaque sordida, fœtens
Effluvium, expanso gutture terra vorax,
Arma meis circum de costis pendula, luctus,
Horror, et ærisonæ clangor ubique tubæ,

Hi mihi sunt comites; sed quo hæc fatalia tendunt?
Cur tot ab aspectu signa suborta meo?
Terrigenæ ut pravi, Cœlo, superisque rebelles
A lævo in dextrum regrediantur iter.
Nil longius ultro.
Sentio cum reliquis Ænigma hoc esse Cometem,
Sed loquor ut Vates, qui nil nisi falsa loquuntur.

Il magro cibo, o graſſo, che talora
M'entra (voſtra mercè) giù per la gola,
Nè travaglio mi dà, nè mi conſola,
Perchè un'altro ſel gode, e ſel divora.

Crudo a me tocca, ed a lui cotto allora:
Nè ſi vede ove va quel, che m'invola;
E mentre mangia, qualche ſcarſa e ſola
Parte, che m'abbia a dar, ſi ſtizza e plora.

Si tenga pur, ſi tenga ancora quella;
Troppo ſchifo mi ſan le ſue maniere.
Pazienza: feci la pazzía, ma bella;

Coſtui, vivo appo noi per mantenere,
Obbligato mi ſon con mia ſorella,
Io dargli da mangiare, ella da bere.

IL FINE.

Sit macra, sit pinguis, quam tu mihi porrigis escam,
In ventrem quamvis transmeet illa meum,
Nil stomachum gravat, aut recreat : superingruit alter
Helluo, qui totam surripit, atque vorat.

Ingessi crudam, coctam eripit ille: quod aufert
Effugit ex oculis, ut levis aura, meis.
Si mihi particulam dare cogitur, æstuat ira,
Stridet, et effusas liquitur in lacrymas.

Hanc quoque detineat, sua sordida respuo dona:
Quos habet hic mores nil placuere mihi.
Stulte egi, nihil irascor, dementia pulchra est,
Nec possum facti pœnituisse mei.

Est inter plures mihi carior una Sorores:
Unanimes pactum hoc scripsimus in tabulis.
Vivat ut ille diu, nostraque sit hospes in æde,
Quod manducet, ego, quod bibat, illa dabit.

FINIS.

CHIAVE
DEGLI
ENIMMI.

Can-

Stra-

PIE-

Num.	Linea	Errori	Correzioni
5	11	*immo*	*imo*
	15	*ſuo*	*ſub*
19	6	*præſtiterint*	*perſtiterint*
25	5	*nutrire ſatis,*	*nutrire, ſatis*
30	8	*loquitur*	*loquiter*
59	13	*progredimur*	*prægradimur*
60	3	par	per
	16	*Cungredimur*	*Congredimur*
65	13	*inquo*	*inquio*
69	16	*at*	*eſt*
75	11	*ſub tegmina*	*ſubtegmine*
83	14	*deſtruit*	*deſtruet*
100	16	*Deus*	*decus*
105	6	*fuſta*	*fuſte*
116	8	*ut et*	*et ut*